


UNIVERSITY OF TORONTO




3 1761 00299879 7

PA3 RESERVE

T 4 1/2  
Vi. 1/2







ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ  
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΑΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ  
BIBLIA OKTΩ.

THUCYDIDIS, OLORI FIL.  
DE BELLO PELOPONNESIACO  
LIBRI VIII.

AD EDITIONEM  
CAR. ANDR. DVCKERI  
CVM OMNIBVS AVCTARIIS RECUSI

ACCESSERVNT VARIAE LECTIONES DVORVM CODICVM  
ANIMADVERSIONES

IOANNIS CHRISTOPHORI GOTTLBERI A. M  
RECTORIS QVONDAM SCHOLAE PROVINC. MISNICAE

COEPTVM OPVS PERFECIT  
SVAS NOTAS ADIECIT

INDICEM DVCKERI ET GLOSSARIVM GOTTLBERI  
AVXIT

CAROLVS LVDOVICVS BAVERVS A. M  
SCHOLAE AD HIRSCHBERGAM RECTOR.



LIPSIAE  
SVMTIBVS ENGELH. BENIAM. SCHWICKERTI, A. MDCCLXXX.



PA

4453

A2

1790

V-1

30034

19-3-18

WITHDRAWN FROM VICTORIA UNIVERSITY LIBRARY

## C. L. BAVERI PRAEFATIO.

**Q**uod vsu fere venire videamus, vt, qui in aliquo certo genere literarum vel parte versentur, omnes quidem veluti regiones eius prouinciae peruagentur, neque vllam earum ex cura sua studiosae sepositam habeant, ita tamen, vt, in reliquis quasi peregrinantes, in vna tamen habitent, vt sedem collocent, vnde etiam si ad reliquas excurrerint, tamen libenter ad illam, veluti notiores aut familiariores, id est, reliquis gratiores, recurrent: id ab illis vtique fieri, deprehendas, quibus, propter infinitam fere copiam, varietatemque insignem, quarum rerum, qua orationis, et detur hoc facere, et vero prouentum sit, propter similitudinem, ac veluti *συμπάθειαν*, quae cuiusque ingenio intercedat cum aliqua materia studii sui tam late diffusi ac pertinentis, in qua parte et libentius et vero promptius faciliusque, ob id ipsum, versetur; salubriter admodum consulente Deo literarum quoque bonarum studiis, nihil vt intactum negligatur, nihil spreum iaceat, aut ob difficultatem repudietur, sed partibus pro virili cuiusque parte tractandis in summam proficiatur. Ita, Ernestium, ipse testis audiui, et vero alii sciunt, cum omnes scriptores pari fere amore studioque prosequeretur, Ciceroni tamen prae ceteris deditum fuisse. Hunc nimirum et in schola pluribus horis, quam alios, quin assidue et continuo, interpretabatur; in hoc legendo semper versari iubebat; quod ipsum (adeo sua cuique mens est, suum ingenium, sua quemque voluptas trahit!) ne discipulo quidem mihi, tum impense amanti magistrum et vnicuique admiranti, persuaderet, aut eriperet, quin multo magis inuitatus tenerer periodica Liuii implicatione et coagmentatione; quam ita penitus combiberim, vt etiam in meam orationem redundarit, breuiiores sententias plane refugientem, participiorum et periodorum salebras consectantem, et, quae coniuncta videam, vt iungi posse, vno ambitu complexam; impeditiorem ideo multis visam et obscuriorem; quam ipse subinde reuocare studuerim ad leniorem simplicitatem; vt tamen aequum censerem, expectare, vt, qui vere Latina legere vellet, Liuianae quoque orationis gnarus accederet. Sed non imitatio modo difficilius orationis mihi placuit, sed multo magis *interpretatio*, cui latior campus et operosior pateat per difficiliora, quibus intelligendis etiam auditores meos subigere gestiam. Quid mirum, si et *Thucydidis* oratio placuit illa similitudine impeditioris obscuritatis, interpretem poscentis et exercentis sat diligentem? Quod, mature satis propositum mihi, vt qui mihi persuasisset, arcem et vim omnem disciplinae Ernestianae positam esse in intelligentia interpretandi, effecit,

vt mature satis cupideque versatus in tractando Thucydide iam primum scribendi vel libelli edendi periculum facerem specimenque proponerem de *LECTIONE* Thucydidis optima *interpretandi disciplina*, quam post quinquennium exciperent *Conciones Thucydideae* a me editae; ex qua opera nata prodiit *Philologia Thucydideo-Paullina*; quippe et Paullum eadem orationis difficultas eidem mihi commendabat. Quin et *Lexicon* vel *Glossarium Thucydideum* cum *Figurarum* eius *Notatione*, iam ex parte conieceram in chartas, editurus, nisi aut alia interuenissent mihi demandata, aut sine ipso Thucydide satis probaretur talis opera redemptori librario; cuius copiam, plane vt scirem, me debere obsequi huic studio meo, mihi obtulit casus plane inopinatus, abruptae huius operae per mortem praematuram B. Gottleberi, Scholae Prouinc. Misnicae Rectoris Celebris, cui primitus demandata haec editio per Ampliff. Schwickertum, Lipsiae florentem Bibliopolam, morte B. Auctoris velut hereditario ad me transmissa, nunc prodire incipit, faxit Deus, feliciter! Hic ego quid praestiterim forte, non meum est interpretari, sed peritorum existimatio et aequorum. Opera tamen data est, a redemptore quidem, Viro Opt. vt *textus Graecus Duckerianae* Editionis, cum *Scholiis* Graecis, *Notis* deinde Virorum Summorum, H. Stephani, Hudsoni, Waffii, Duckeri, accurate exscriberetur, adiecta vel seruata Interpretatione Lat., tum deinde *B. Gottleberi* Annotationes, quoad ab illo compositae pergerent, Duckerianis suggererentur, quas, extremo loco, meae exciperent. Quae subiecta sunt a Viris Doctiss. Editioni, et hic in extremo reddentur, vt prolixiora, quam quae, *Notis* inserta, sub textum subiicerentur. *Indicem* quidem e Duckeriano, Gottleberiano, et meo, conflatum dabimus. Equidem sedulo feci, vt, quae explicari iuberet ipse contextus, ipsi subiicerem; de singulis vocabulis ad Indicem ablegarem: Gottleberi Annotationes, quoad exstarent, integras adderem, nullo admodum verbo omisso aut mutato, ne vbi leuiores quidem aut minime necessaria apponere, aut minus Latine scribere, mihi subinde visus esset, multo magis, vbi dissentiret mecum, aut me reprehendisset: quibus satisfacere interdum studui: in plerisque tamen mecum sentit, quin me auctore vtitur. Praeclarissimam autem operam praestitisse censendus est copia data *Variae* *Lectionis* duorum *Codicum*: alterius *Augustani*, de quo exponit Cel. Mertens, Ill. Gymnas. August. Rector dignissimus, in *Diatribae* 2. de *Augustanae Biblioth. Cimeliis*, Pag. VIII. n. 3. his verbis:

„Magnae venustatis codex membranaceus, quo totus Thucydides comprehenditur. Est ille pulcherrima librarii manu scriptus, paucis tantum foliis exceptis, quae recentiorum produnt manum, cum a vetustate, tum ab elegantia, quibus ille Demosthenem (nempe Codicem Demosthenis, prius ibi memoratum,) superat, multum commendandus. Atque miror, cur, praeter Hoeschelium, qui quasdam lectionis varietates, olim excerptas, Stephano dedit, nemo in hunc codicem, quo elegantior non habemus, studiose inquisuerit, eumque tractauerit curiosius. In Reuseri Catalogo p. 69. n. 40. recensetur in hunc modum: Thucydidis historia-



rum libri octo cum scholiis ad marginem, (minutis, sed nitidis sane literis). Habet ille codex, uti Demosthenis, iota, quod posteriori tempore subscribere coeptum fuit, ad latus adiectum v. c. ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ, literas Demosthenicas, supra memoratis, et elegantiores et maiores, eundem atramenti colorem, sed formam, quam dicimus, maximam, et nobiliorem membranam. A tineis et musculis fartus et integer est servatus et purus; scriptura calligraphi rationem docet, exceptis octo foliis, quae tachygraphi modum prae se ferunt. In priori pagina, pinguiori et posteriori manu adiecta haec verba leguntur: αὐτὴ ἡ βίβλος ἐστὶ τῆ μητροπόλεως τῶν Ἀθηνῶν Ἰσιδώρου, ἣν ἐν τῆς πόλεως αἰχμαλοτισθεῖσαν, (ita Mertens — non ω dubium a manu scriptoris, an perperam typis expressum,) ἐξηγησεκεν (ita rursus, non ο,) ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῆ. Hic in marg. Diatribes Gottlebero transmissae adscripsit Vir Amplif. qui Cod. contulisset. Hic defunt sequentia: καὶ πρὸς οὐκ ἂν τύχοιεν περιπεσεῖν, εὐχέσθω τῇ ψυχῇ τέτων κεκτημένων τῶ λυτρωθῆναι τῆς αἰωνίης κολάσεως καὶ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλείας τυχεῖν. Et postica paginae parte: ἐκοιμήθη ἡ ἀγία κυρία μὲν ἡ μοναχὴ κυρία Θεοδώρα ῥαβλαῖνα κωνσταντινουπόλεως, κομνηνῆ ἡ Παλαιολογῆ, ἡ ἐξαδέλφη τῆ εὐσεβεστάτης βασσιλέως κυρίας Ἀνδροῦκας, ἐν ἔτει σωθ! Ἰνδικτῖωνος ἰδ κατὰ τὴν 5 δεκεμβρίου μηνός. ὄρα 5 τῆς αὐτῆς νυκτός. Cuiusmodi historiolas vel ad calcem, vel ad frontem libri, adicere quoque moris fuit librariis, quippe quos vel annum, vel mensem, vel diem, vel horam, qua absolutus fuit liber, aliquoties adscripsisse animaduertes. Fuit Graecorum ratiocinandi modus ille, qui ab orbe condito vsque ad natum Christum numerat annos 5508. quos si demas, annum Christi reperies. Locus autem, quem in tabula vides, literis vulgaribus ita legitur: Καὶ τὰς διαβολὰς, καὶ περὶ τῶν φοινίσσων νέων καὶ τῶν ἀλλῶν ὡς εὐπρεπέστατα ἀπολογήσεται. καὶ ἀφικόμενος πρῶτον ἐς ἔφεσον, θυσιᾶν ἐποιήσατο τῇ Ἀρτέμιδι, ὅταν ὁ μετὰ τῆτο τὸ θερος χειμῶν τελευτήσῃ, ἐν καὶ εἰκοσὸν ἔτος πληρῆνται“. Complura hic perperam expressa mutare nolui, quae forte in ipso Cod. ita essent; cuius Notationi Mertensianae adscripsit in Exemplo Diatribes ad B. Gottl. transmissio, Vir Cl. a quo collatum Cod. accepisset, Germanice quidem, sed a me hic Latine reddito: Codex 269. foliis (scidis) exaratus. Scholiorum literae in quibusdam paginis sane evanuerunt. Duae paginae, alia alia loca desideratae, a manu alia redditae, obiter intuenti videantur orientabilibus literis scriptae; reliqua quidem venuste et distincte exarata. Nusquam est litera maior initialis, neque nominibus propriis (hominum aut locorum) neque initio sententiae“. (Scholia addita habet, in margine pleraque, inter versus quaedam.)

Hunc ergo Codicem diligenter collatum a Clar. V. accepit Opt. Schwickertus, et per duos libros priores Lectionis varietatem Duckerianae edit. addidit B. Gottleberus, ego reliquis. Quod idem pari modo factum est in altero Codice, quem *Mosquae* collatum, dum ibi agebat, B. Editori tradidit Cel. et Excell. Matthaei, P. P. mox successor ipsius B. Gottleberi, nunc Professor Vitebergensis: cuius Codicis descriptionem addimus et ipsam verbis Doctiff. Matthaei, ad me humaniter perscriptam.

## „Notitia Codicis. (Mosqu.)

„Seruatur nunc in bibliotheca sanctissimae Synodi Mosquensis, estque, eorum, qui sunt in forma maiori, CCXVII. Fuit quondam in bibliotheca Maximi Margunii, *ἐπισκόπος κυθήρων*, vt ipse sua manu notauit. Eo mortuo cum aliis illius libris translatus est in monasterium montis Athus Iberorum, ac denique regnante Petri M. patre Mosquam. Complectitur folia CCLI. estque chartaceus. Scriptus videtur in Italia ineunte seculo XV. continet historiam Thucydidis cum scholiis, eiusdem vitam, quae in Edit. Duck. legitur p. 10. 11. 12. epigrammata, quae ibidem leguntur p. 12 et 17. nec non Dionysii Halicarnassensis (in Cod. *ἀλικαρνασσεως*;) libellum, *περὶ τῶν Θουκυδίδε ιδιωμάτων*. Hic libellus tamen sine caret. Desinit enim in vocabulis *παρομοίων καὶ παρισώσεων* p. 136. vers. 35. edit. Sylburg. In principio et in fine historiae Thucydidis adscripta sunt non nulla Scholia in marginibus a manu recentiori. Ab eadem manu post finem historiae in proxime sequenti folio haec nota reperitur: *Ἀντώνιος μεδιολανεύς κηὲς τὸ γένος κατὰ ἐνότυα ταύτῃ τῇ βιβλίῳ σχόλια ἐπέθηκε*“.

Et huius ergo Codicis Lect. Var. reliquis sex libris adscripsi. Omnino tamen monuerim Encliticarum in illo Cod. negligi Grammaticam rationem, accentum reicientium in vocabulum prius; immo retinere accentum, nec prius vocab. mutare in grauem: velut, pro *αὐτόν τε*, scribitur *αὐτόν τὲ*, et sic perpetuo; quod, semel notatum, in singulis notari, non magis attineat, quam plura praefari, redditurum post absolutam Editionem Textus Duckeriani, (et praeterea additorum in Edit. Duckeri,) quae addenda aut ipsi mihi, aut ab aliis monito, vel Opt. Schwickerto, visa fuerint; quibus reddendis plus forte otii, vel temporis deinde suppeditet. Deus bene vertat!

Dab. Hirschbergae, Verni mercatus-Lipsf. tempore, 1790.

Θ Ο Υ Κ Υ Δ Ι Δ Ο Υ

Β Ο Λ Ο Ρ Ο Υ

ΣΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ

THVCYDIDIS O L O R I F.

HISTORIAE LIBER PRIMVS.

EPITOME LIBRI I.

*Epidamnii bello pressi, cum, Corcyraeis auxilium negantibus, Corinthiorum implorassent opem, colonos ab ipsis praesidiumque acceperunt. Cap. XXIV. XXV. Ob id Corcyraei Epidamnium circumfident: ipsisque nauali acie Corinthiis victis, oppidum capiunt. XXIX. Cum vero vi maiore ultionem Corinthii pararent, Corcyraei ad societatem Atheniensium confugiunt, et, impetrato subsidio, nauali praelio cum Corinthiis decernunt: in eo Athenienses cum Corinthiis manus conferuerunt. LI. Sic foedus violatum. LII. Potidaea ab Atheniensibus defecit. Eam Athenienses, praelio fufis Corinthiis, qui subsidio venerant, obsidione cingunt. LXII. Lacedaemonii, concilio sociorum aduocato, ruptum ab Atheniensibus foedus censent; bellum decernunt. LXXXVIII. CXXIV. Hinc cum, saepe missis ultro citroque legatis, non conueniret, Athenienses et ipsi, auctore Pericle, bellum iusserunt. Veteris praeterea Graeciae status, Atheniensis Reipublicae incrementa. LXXXIX. Pausaniaeque et Themistoclis interitus referuntur. CXXVIII. CXXXV.*

V A R I A E L E C T I O N E S.

*a* Θουκυδίδου ιστοριῶν πρώτη Codd. vet. τῶν εἰς δυτὴν (διεξημένον βιβλίον scil.) τὸ πρῶτον Codd. al. teste Stephano. Θουκυδίδου ιστοριῶν συγγραφῆς βιβλίον πρῶτον Ar. Θουκυδίδου συγγραφῆς πρώτης Ald. Basf. Θουκυδίδου Ὀλέου ιστοριῶν ε. Flor. Θουκυδίδου συγγραφῆς τὸ πρῶτον. Cl. Titulus deest in Cod. Gr. vt et pagina vna et altera. Θουκυδίδου Ἑλληνικῶν ιστοριῶν βιβλίον α Reg. Aug. Θουκ. συγγραφῆς πρῶτον. in Mosqu. συγγραφῶν πρώτη. In Cass. partim e vetere, partim e recentiore scriptura apparebat fuisse Θουκυδίδου συγγραφῆς πρῶτον. Basf. cod. Θουκυδίδου ιστοριῶν α. *b* Aug. omittit Ὀλέου et τδ. τδ Ὀλέου (quomodo Editi omnes in libris seqq.) seu τῷ Ὀλέου potius legendum censent Alii.

A D N O T A T I O N E S.

*b* ΟΛΟΡΟΥ] Deest in Codd. MSS. In sequentibus libris ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ habent caeterae Editiones. Nos tamen, ne qua in titulo foret discrepanti, articulum negleximus. HVDS. Inter eos, qui Ὀλέου legunt, eminet auctor vitae eius Marcellinus. Ὀλέου auctor Epigr. in Anthol. I. 44. ac vide Thucyd. IV. 104. WASSE.

ΘΟΥΚΥΔΑΙΔΗΣ Ἀθηναῖος ἔπι ξυλόγραφος τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπο-  
 λήθηται πρὸς ἀλλήλους· ἀρχαίμενος εὐθύς καθισταμένος, καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσοσθαι καὶ  
 ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων· τεκμαιρόμενος, ὅτι ἀκμάζοντες τε ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφοτέροι πα-  
 ραισκευῆ τῆ πάσῃ, καὶ τὸ αἴλλο Ἑλληνικὸν ἔργον ξυνοτάμενον ἑπὶ ἐκατέρως, τὸ μὲν εὐθύς, τὸ δὲ καὶ

VARIAR LECTIONES.

c Plut. in Lyo. p. 227. Reisk. laudat in hoc libro: Θεουκιδης ἐπι τοτε Πελοποννησιακῆ. Θεουκιδης Ὀλέρι (vel τε Ὀλέρι) a Thucyde scriptum  
 fuisse permutatum habet A. Sch. b. innot. in Thucyd. ἔπι ξυλόγραφος et supra scriptum ζον Reg. Eulath. ad Od. d. p. 1501. συλλογῶν, memoriae  
 In. G. M. x palaeograph. ἔπι vel ζον ὀλίγοι. Ut et an. sep. deinde in eodem haec vox fere semper sine rasura vno v. scribitur, quod hic  
 semel conuulsa eius est. ἔπι ξυλόγραφος, C. III. antiquiss. v. net. Paullo post τεκμαιρόμενος τε apud Dionys. de comp. verb. p. 163. Reisk.  
 Paullo ante Marg. Flor. Vin. habet ἐπι quae glossa est. Vallart legisse ἐπι, suspicetur quispiam ex eius interpretatione, inquit Steph.  
 f) πρὸς ἐκατέρως desunt in Cass. vt etiam in Aug. Man. rec. superscriptis πρὸς ἐκατέρως.

ANNOTATIONES.

ΘΟΥΚΥΔΑΙΔΗΣ Ἀθηναῖος.] Suspicor, vel potius persuasum  
 habeo, scriptum a Thucyde fuisse ΘΟΥΚΥΔΑΙΔΗΣ τῷ Ὀλέρι,  
 Ἀθηναῖος. Vel, Θεουκ. Ὀλ. Ἀθ. absque articulo. Duo sunt  
 autem, quae me in hanc opinionem adducunt: vnum, quod  
 paternum ipse nomen adiecerit, libro quarto, de se ipso  
 loquens, pag. huius editionis 273, in fine, Θεουκιδῶν τὸν  
 Ὀλέρι, ἔς τὰδε ξυλόγραφον. Alterum, quod verisimile sit,  
 quum essent alii et eodem tempore, qui nomen idem habe-  
 rent, cum aliquid, quo ab illis discerni posset, adiecisset.  
 Quod autem esse dico verisimile, ab ipso Scholiaste tanquam  
 certum traditur. Dicit enim, illum voluisse discerni pone-  
 nere (nam hoc est ἀντιδιαφέλλειν) inter se et alios, qui idem  
 eodem tempore nomen habebant. Vnde etiam colligere  
 est, illum ita, vt legendum mihi videri dixi, legisse: vide-  
 licet, Θεουκιδῆς τῷ Ὀλέρι. Quae enim aliqui a Thucyde  
 ἀντιδιαφέλλειν posita dici possent? Sed tamen non aliud a Scho-  
 liaste scribitur, (obiciet aliquis) quam illum nominis sui  
 mentionem fecisse. Hoc quidem fateor: verum deprauata  
 fuisse et Scholiastae lectionem respondeo, vt illi cum  
 ea, quae esset apud Thucydem, conueniret. Quum enim  
 apud eum legisset, Θεουκιδῆς τῷ Ὀλέρι, annotasse, πάντως  
 μέμνηται τῷ οὐκίς καὶ τῷ πατρὸς (vel τῷ τῷ πατρὸς) ὀνόματος:  
 sed quum illa verba τῷ Ὀλέρι librarij alicuius incuria inter-  
 cidissent, ita vt iam verum non comperiretur, quod Scho-  
 liastes de adiecto etiam patris nomine scribebat, aliquem  
 verba illa καὶ τῷ πατρὸς apud eum expunxisse: vt (quemad-  
 modum dixi) quae apud Scholiastam legentur, cum lectio-  
 ne, quae apud Thucydem exstabat, consentirent. Quid-  
 nam hic mihi opponent, qui quam habemus γραφὴν tueri  
 volent? Non aliud (quod sciam) opponere mihi poterunt,  
 quam hoc, Dionysium Halicarnassensem, et quosdam alios lo-  
 cum hunc afferentes, illud patris nomen minime adiecere.  
 Sed fieri potest, vt eorum aetate deprauatus iam ille locus  
 esset (quum ne eos quidem satis emendatis vsos esse exem-  
 plaribus, in omnibus omnium veterum scriptis, nequa-  
 quam dubium sit) aut nomen illud, quum a Dionysio vel alio-  
 rum quoriam suum exemplar sequente positum foret, in ci-  
 tando hoc loco detractum ab aliquo fuerit, qui apud ipsum  
 Thucydem minime exstare cerneret.

Ad illud autem Ἀθηναῖος; quod attinet, sic certe et apud  
 Dionysium Halicarnassium Θεουκιδῆς Ἀθηναῖος, non ὁ Ἀθηναῖος,  
 legitur: et ab ipsomet de se loquente dici videmus Διονυσίος  
 Ἀλεξάνδρου, Ἀλικαρνασσεύς, non ὁ Ἀλικαρνασσεύς. Quod si vel  
 hic, vel illic praeterea esset articulus, aut eo vteretur Ἰμ-  
 φρατικός, aut certe discrimen ponens inter se et alium quem-  
 piam Thucydem, qui non Athenas, sed urbem aliam, patri-  
 am haberet. Verum, si non fallor de graphē illa, quam  
 pro germana a me haberi modo dicebam, aliud longe in-  
 signis a Thucyde positum fuisse discrimen, dicere poterim.  
 De eo autem, quod a Dionysio scribitur, Ἀλικαρνασ-  
 σεύς, non ὁ Ἀλικαρνασσεύς, quum tamen τῷ Ἀλικαρνασσεύς

n titulo scriptum sit, quid mihi videretur, antea dixi.  
 STEPHANVS. Θεουκιδῆς — Ἀθηναῖος.] Demet. Phalerens his  
 adductis, ποιῆ, ait, καὶ τὰ μὴν τῶν κόλων μέγεθος. Huius  
 Praefationis partem, ab initio ad χαλεπῶς ἀνίστατο nimirum,  
 in Lib. de Compositione laudat D. Halicarn. καὶ τῶν τε ἐπι,  
 et ἐπι πλείων, et ἐπι μακρότατον. WASS. De more Veterum  
 Nomina sua in principio scriptorum suorum memorandi vid.  
 Dion. Chrysost. Orat. LIII. Heins. Lect. Theocr. C. III. et  
 Barib. XLII. Aduers. r. DVCK.

Dionysius Hal. laudat hunc locum bis, vt hic legitur:  
 (περὶ συνθ. c. 22. p. 163. vsque ad verba c. 2. χαλεπῶς ἀνί-  
 στατο, et de Thuc. iud. p. 357.) item Demetr. Phal. §. 44.  
 quoque Θεουκιδῆς, Ἀθηναῖος, ξυλόγραφος τὸν πόλεμον. Ste-  
 phanus tamen Thucydem scripsisse putat, Θεουκιδῆς, τῷ  
 Ὀλέρι, Ἀθηναῖος, vel sine articulo, verbis scholiastae com-  
 motus, ἀντιδιαφέλλων — ὀνομάτων — Non improbat hanc con-  
 iecturam Abreschius in Obil. Misc. T. III., p. 147. e Luc-  
 cian., de conferenda hist., (T. II., p. 22.) vbi caconelus  
 ille ad numerum vocum proemij Thucydidis suum pro-  
 fusus exegit. (Κρητέριος Καλπυρναῖος Παιμπῆς — πολίτης· συ-  
 λόγραφος τὸν πόλεμον — ὡς ἐπολέμησαν —) Sed hae rationes,  
 MSS. auctoritate delictatae, non idoneae videntur. Ad  
 L. V., 26. verba ξυλόγραφος ταῦτα ὁ αὐτὸς Θεουκιδῆς Ἀθηναῖος,  
 Stephanus nihil mouit, patris nomen addendum esse. Non  
 video, cur illud necessarium sit, quum in hisqum, vno loco  
 excepto, L. IV., c. 104., vbi commode omitti poterat, il-  
 lud addiderit, Herodotum imitatus, qui se vocat modo  
 Halicarnassensem. v. Dorvill. ad Charit. p. 4. Noster quo-  
 que multa narrat de se, quae in Thucydem, Milesij fi-  
 lium, Atheniensem, cuius sit mentio infra c. 117. cadere  
 nequeunt: v. c. L. I., 21. 23. V., 26. et alibi. De Thucy-  
 dide, Milesij F., Periclis aemulo, v. Plut. in Pericl.,  
 p. 611. Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 941. Eius meminit  
 etiam Plato in Theag. p. 94. Franco. vbi pro Μιλήσιος.re-  
 spondendum Μιλήσιος. v. Xylandr. ad Plut. l. c. vbi quatuor  
 fuisse huius nominis viros, vti etiam ad Thuc. L. VIII, 92.,  
 notatur. Ceterum laudat hoc initium vsque ad Ἀθηναῖος,  
 Pseudo-Demetr. de eloc. p. 31., vt demonstrat, longitudi-  
 nem membrorum, efficere magnitudinem. GOTTLBER.

[πάντως Steph. h. l. ita vult legi: πάντως μέμνηται τῷ οὐ-  
 κίς — καὶ τῷ πατρὸς, l. τῷ πατρὸς ὀνόματος. Sine causa. Volebat  
 scilicet coniecturam suam, τῷ Ὀλέρι, inde confirmare.] GO.  
 [Ἐν τοῖς ἔτεσι Steph. mallet: ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔτεσι.] GO.  
 ξυλόγραφος] Sunt, qui ξυλόγραφα malunt, quomodo apud  
 Liniu. Annibal peto pacem, non sane incelegerat; verum  
 Noster ξυλόγραφος ad minimum decies, neque vquam aliter  
 locutus est. Denique ita citat Dion. Halicarnassens p. 145.  
 et alibi. Eufstathius ad Od. d' p. 1501. Θεουκιδῆς ὁ Ἀθηναῖος  
 συλλογῶν, memoriae vitio. Formulam Thucydidis ob-  
 seruauit hancce Dion. Chrysost. Orat. LIII. Historiam hanc in  
 lucem edidisse Xenophontem ait Laertius p. 114. De Prope-

**T**HUCYDIDES Atheniensis bellum Peloponnesiorum Atheniensiumque, quod inter se gesserunt conscripsit, exorsus statim ab eo moto, sperans etiam fore cum magnum, tum superioribus longe memorabilius: his coniecturis adductus, quod et utrique omni bellico apparatu florent, et caeteros Graecos cum alterutris se coniungere videret, partim quidem statim, partim vero etiam in animo ha-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ ΚΑΙ ΣΥΝΟΠΤΙΚΑ ΕΙΣ ΟΛΟΝ ΤΟΝ ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΝ.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ Αθηναῖος] Πάντως μέγιστα τῶ οικείῳ ὀνόματι κατ' ἀρχάς, ἀν' διατέλλων ἐαυτὸν τῶν ἑλκεθῶν ἐν τοῖς ἐτρεῖσι ἀμὲν τῶς αὐτῆς αἰτίας ἐνεκεν, ἀμὰ δὲ καὶ τῶ μὴ ἑτέρου τινα τὸ αὐτὸ σφετεριστικῆ συνταγῆ. Συνέγραψε τὸν πόλεμον ἄλλω, γράψαι καὶ ἄλλω, συγγράψαι. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ ἐνὸς πράγματος λέγεται τὸ δὲ συγγράψαι, ἐπὶ πολλῶν συγγράψαι, τὸ μετ' ἐπιμελείας καὶ σπουδαίως συντάξαι γράψαι δὲ, καὶ τὸ ἀπλῶς καὶ μὴ ἐπιμελῶς τὴν ἀληθειαν ἀνευρεῖν. 1. Πρὸς ἀλλήλους] καὶ ὁ πρὸς ἐξέξῃ πόλεμος, τῶν αὐτῶν ἦν, ἀλλ' ἂ ἐπρὸς ἀλλήλους· διὸ καὶ ἡ μάχην πρόσκειται. 1. Εὐθὺς καθιταμένῃ ἀρχῇ λαμβάνοντες. Καὶ ἐλάσας μέγρον τε ἔσονται τὸ ἐλάσας, ἢ μῖσον ἐπὶ ἀγαθῷ, ἀλλ' ἀπλῶς ἐπὶ τῇ τῶ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται. 2. Ἀμείζοντες τε ἦσαν] Ἀντὶ τῶ ἡμίχρον. 3. Παρασκευῇ τῇ πάσῃ πῶς ἡμίχρον ἀμείζοντες παρασκευῇ τῇ πάσῃ, εἴγε τοῖς Πελοποννησίοις χρημάτων ἐνέδει; 4. Συνιστάμενον πρὸς ἐκτέρας] εἰς σύτασιν καὶ εἰς βοήθειαν ἐκτέρων κινούμενον. 5. Τὸ μὲν εὐθὺς] ἀμὰ τῷ ἀρξασθαι τὸν

ADNOTATIONES:

mio hoc vid. Lucian. Tom. I. p. 636. et de v. ἄξιολογώτατος Hermogenem p. 24. WASSE.

Vnde Thucydides κατ' ἐξοχὴν vocatur συγγραφεύς, veluti a Synesio, in calu. encom. p. 73. Etymolog. in τριακοντέτης ἢ παρὰ τῷ συγγραφεῖ. Scholiast. Thuc. ad I, 138. cf. Oudendorp. et Sallier. ad Thom. M. p. 841. Ammon. in ἱστοιογράφος, p. 76. συγγραφεύς δὲ τὰ ἐφ' ἑαυτῷ συγγραφόμενος, ἢς Ἐκυκλίδης. Gregor. de dial. p. 24. δὲ συγγραφεύς ἐν τῇ δευτέρῃ. it. p. 2. Scholiast. Pindar. ad Nem. Od. β. p. 268. b. Ἐκυκλίδης δὲ συγγραφεύς, δὲ Ὀλβην. Sallustius, ad Thucydidis imitationem, libros de rebus populi R. dicit *historias*, συγγραφῶν, accuratam et diligentem narrationem, vt Zennus in conc. Lepidi p. 142. obseruat. Ille, vt Noster fere, ita incipit: (I. Hist. I.) „Res populi R., M. Lepido, Q. Catulo Coss. ac deinde militiæ et domi gestas composuisti“ (ἑυνέγραψα) v. Vrin. ad h. l. H. B. I. c. 5. „Bellum scripsimus sum, quod populus R. cum Iugurtha—gestit. GOTTLER.

Tertia pers. recte habet, vt in clausula singulari fere anis et libris huius belli subiecta. De voc. ipso v. Ind. BAVER. [In Reg. cod. est sic: ἄλλο ἐστὶ γράψαι, et mox: τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ ε. π. λ. Ita quoque in cod. Aug. Recepi igitur γὰρ. Reliqua in Aug. post πολλῶν desunt. Ante συγγράψαι Steph. positum putat: ἄλλως. Certe ab alio haec falsa differentia τῷ γράψαι et συγγράψαι adsuta videtur, quæ apparet e L. V. 26. vbi Noster vititur τῷ γέγραφε. Arrianus tamen de E. A., in praef. p. 1. vt Noster: Πτολεμαῖος, δὲ Λάγῃ, καὶ Ἀριστόβυλος περὶ Ἀλεξάνδρου ἑυνέγραψαν. De se adhibet Arrianus ἀναγράψαι.] GOTTL.

τὸν πόλεμον] in cod. Aug. Schol. interlin. ad h. v. hoc est: τὸ πρᾶγμα. Mox ad ἐπολέμησαν, τὸν τρέπον, ad εὐθὺς, τὸν χρονον, et ad ἐλάσας, τὴν αἰτίαν. GO.

Πελοποννησίων] Desiderari quis putet articulum τῶν ante Αθηναίων, vt, sicut τῶν Πελοποννησίων dictum est, ita etiam τῶν Αθηναίων dicatur, quum hic genitiuus illum statim excipiat: verum nec apud Dionysium Halicarnassium, locum hunc citantem, habetur. STEPH.

Ὡς ἐπολέμησαν] Non ὡς ἐπολέμησαν, sed ὃν ἐπολέμησαν, legisse Vallam quispiam suspicetur; ex eius interpretatione coniciens. Vertit enim, quod inter se gesserunt, sed nesciam lectio illa comparet: et sane, quum πλεονάζειν ista videri verba possint, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, multo etiam euidentior pleonasmus siue perissologia cset, si scriberetur ὃν ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. Nam late vel potius latissime patet istud, quomodo inter se bellum hoc gesserunt. Ac possit aliquis bellum, quod illi inter se gesserint, narrare, qui tamen, quomodo gestum sit, id est, quomodo singula (ea praesertim, quæ alicuius sunt momenti) in eo gesta fue-

runt, taceat. Verba tamen duo postrema, πρὸς ἀλλήλους, id est, inter se, Scholiastes necessario adiecta putat, ad distinguendum bellum hoc ab iis, quæ aduersus Persas et alios gesserunt. Atqui ego primum quidem, Peloponnesiorum Atheniensiumque bellum sine amphibolia dici potuisse aio: deinde etiamsi contra sermo ille amphiboliam erat habiturus, at certe πρὸς ἀλλήλους ad eam tollendam satis superque futurum erat. ST. Illud ὡς ad πόλεμον refertur, et tam pro ὡςπερ quam pro ὃν commodè accipi potest. Arri. Post. ad Dion. Halic. Phrasis huic similis occurrit p. 216. v. 2. et p. 307. v. 4. HVDS.

Sc. αὐτῶν. Poterat scribere Noster: ὃν non ideo tamen sic legit Valla in exemplo suo, quod vertit: bellum, quod inter se gesserunt. Ad sensum nihil refert, siue scribatur, ὡς aut ὡςπερ, siue ὃν. Sic L. I, 141. ὡςπερ ἐμοίγε ἀμείνον δοκεῖ εἶναι, quod mihi satius videtur; sc. τὸ πολέμειν. It. L. V, 26. τὰ ἐπειτα, ὡς ἐπολεμήθη ἐξηγήσομαι. v. Abresch. Anim. ad Aeschyl. L. II, p. 529. Diluc. Thuc. p. 1. et Augst. p. 261. G.

Vix operae erat, cur tantopere pugnarent Viri docti in illo ὡς pro ὃν defendendo; supplendum αὐτόν. Tamen et Latini, nominatim Cicero, sic placet, sic demonstrat, p. hoc. Memorabilior est pleonasmus, Ebraismo similis, πόλεμον πολέμειν, qui minor tamen sit, si legamus ὡς: quæ epexegetis magis sit, distractior illa quidem et molestior. Simillima epexegetis Paullus, 2. Tim. 3, 10. 11. παρεκολούθησας — τοῖς διαγωμαῖς, (ἐμῶ,) τοῖς παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο — οἷος διαγωγῆς ὑπέμεινα. Sed locus, a Gotticero allatus, 5, 26. τὰ ἐπειτα, ὡς ἐπολεμήθη, διηγήσομαι, huc non pertinet; aut enim transposite intelligas: ἐξηγῆς ὡς τὰ ἐπειτα ἐπὸλ. aut certe ἂ substituere τῷ ὡς h. l. non possis. Immo eodem modo dictum est, quo apud Horat. Carm. 4, 14. 7—9. quem didicere, — quid — posses, i. e. didicere, quid tu posses, vel, qui, quid posses, didicere. Et mox ibid. Spectandus — quansis fatigaret ruinis, i. e. spectandum erat, res spectanda, qu. ille ruinis fatigaret. BAVER.

[Ἐπὶ ἐνός] apostrophum apud Thucyd. et apud alios in praepos. saepe negligi, satis notum. Sic ἐπὶ ἴπῳ apud Aelian V. H. L. I, 30. vbi tamen Perizon. contra codd. malebat ἐφ' ἴπῳ, quod esset potius in curru. Sic ἴπποι, et equi. v. Ruhqu. Erudicill. ad Callim. h. in Cer. v. 87. Qui plura voler, adeat Reiz. ad Lucian. T. I, p. 719.] GOTTL.

[Ὁὐ μάτην] n. πρὸς ἀλλήλους. In MS. Aug. desunt Schol. ad n. 1. 2. 3. 4. 5.] GOTTL.

Καθιταμένῃ] sc. αὐτῷ, ἀρξάμενος n. τῷ συγγράψαι αὐτόν. Antiquissimi codd. quidam habuisse videntur ἑυνεταμένῃ, aetate saltem, qua vixit Lucianus. Creperius enim Calpurnius, scriptor belli Parthici, ineptus imitator, Thucydidis,

διακείμενον. Ἐ κήσεις γὰρ αὐτῆ μεγίστη δὴ τοῖς Ἑλλησιν ἐγένετο, καὶ μίσει τινὶ τῶν βαρβάρων, ὡς δὲ  
 ἰπέειν, καὶ ἔπι πλείων ἀνδρῶπων. τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν, καὶ τὰ ἐπι παλαιότερα, σαφῶς μὲν εὐρεῖν  
 διὰ χροῖον πλήθος ἰδιώματα ἢ ἐκ δὲ τεκμηρίων, ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοπῶντί μοι πισυῖσαι συμβαίνει,  
 ἔ μεγάλα νομίζω γενέσθαι, ἔτε κατὰ τὰς πολέμους, ἔτε ἔς τὰ ἄλλα.

g Κίνησις τε γὰρ Reg. et αὐτῆ δὲ μεγίστη Ciff. Aug. b ἐπὶ πλείων ἀνδρῶπων Marg. ἐπὶ πλείων τῶν ἄλλων ἀνδρῶπων lectum mallent Alii.  
 κειπλίτων Ill. Flor. Bas. et Dion. Halic. p. 857. Sic etiam Reg. i ἰδιώματα Dion. p. 161. Mosqu. Marg. Ar. Cl. C. Suid. et Schol. ad  
 Hippol. v. 269. quod probat Stephanus. Paulo post pro ὧν ἐπὶ apud Dionys. p. 858. in cod. Bodleiano legitur ὡς pro ὧν.  
 k εἰς Ciff. Aug.

apud Lucian. T. II. p. 22. habet *ξυνισαμένον*. Verumque ver-  
 bum hoc sensu reperitur, *συνισαμένον* tamen vnicatius est; v. c.  
 I, 11, 23. Hocr. Paneg. 20. *μεγάλῃς πολέμους ξυσάντος*. Et sic  
 alibi. *καθισαμένον* tamen vera lectio est, quam etiam Dionys.  
 l. c. exhibet, et ipse Thucyd. L. III, 3, reperit: τῷ πολέμῳ  
 ἄρτι καθισαμένον. Τὸ *συνισαμένον* est glossa; quod confirmat  
 Scholion interl. cod. Aug. *καθισαμένον, ἀντὶ τῷ συνισαμένον*. G.

ἐλπίζω —) i. e. quod facile ante capere poterat — De fu-  
 turo post verba *sperandi vel putandi*, pro quo et interdum  
 aoristus ponitur, v. Ernest. ad Callim. H. in Dian. v. 222.  
 et quos laudat. Vt ἐλπίζειν Latinorum *sperare* adhibetur.  
 Cic. pro M. Marcell. 7. *quomam* (suspicionem) *etsi spero esse*  
*falsam, nunquam tamen veris extenuabo*. Mox ad μέγαν, in  
 cod. reg. et Aug. notatur: ἢ τῷ χροῖον, ἢ τοῖς πράγμασι. Ce-  
 terum h. l. Lucian. l. c. p. 64. laudat ita: *μέγαν τε καὶ αὐ-*  
*τὸς ἐλπίσας ἴσασθαι, καὶ ἄξιον, καὶ μείζω τ. π.* haud dubie,  
 memorit. Lilius L. XXI. 1. videtur ad Thucydidem  
 respexisse: — licet mihi praesari, quod in principio sum-  
 mae totius *professi plerique sunt rerum scriptores bellum maxi-*  
*me memorabile omnium, quae vnaquam gesta sint, me scriptu-*  
*rum*. Monuit etiam Muret. V. L. XIX, 17. GOTTLBER.

Ἐὰρ μὲν τε ἴσ.] Ego haec verba in Philol. Thuc. Paull.  
 ita interpretabat, vt dicerem, futurum ἴσασθαι esse pro  
 praesenti: quia rem ita proponeret Thuc. vt apparitura esset  
 in ipsius narratione. Sed nimirum haec interpretatio mea  
 ei sententiae data vel superstructa erat, qua putarem, verba,  
 ἄρτι, εὐθ. καθιστ. eo referenda, vt Thuc. intelligeretur  
 loqui non de tempore gesti belli, sed de ordine, argumen-  
 to et materia operis sui, quo ordiretur descriptionem belli,  
 statim ab initio eius, non a medio tempore, aut quo ipse coe-  
 pisset ei admotus praesesse. Quod etsi ex vita Nostri, a pu-  
 lribus exposita, discimus, eum itatim ineunte bello curasse  
 omnia ad se deferenda, quae gererentur, quae nimirum  
 illico literis mandaret, in commentariis certe coniecta:  
 ipsam tamen scribendi operam non nisi post Amphipolim  
 proditam aggressum, indidem discimus. Quin, post bellum  
 plane edidisse certe hanc historiam, patere, monet Schol.  
 ad verba c. 1. ἐς τὴν τελευταίην τῶδε τῷ πολέμῳ. Quare locum  
 habere et mea ratio potest. Nam et ab eo tempore ordiri  
 poterat Thuc. quo ipse interesset gerendo bello: vt Tacitus  
 ab *extremis* Augusti, libere ille quidem, et suo iure ac  
 consilio. Quod autem ad voc. ἐλπίζειν vitur B. Gottleber-  
 us Ciceronis loco, p. Marc. *suspicionem, spero, esse falsam*,  
 dissimile est; hic enim de re bona dicit Cicero; nempe bo-  
 num erat Caesari et commodum, et sibi quoque placere Ci-  
 cero simulat, falsam esse suspicionem. Aptior locus Vir-  
 gil. Aen. 4, 292. *tantos rumpi, non speret amores*; Quod  
 si de *malis* rebus: quidni de mediis? Nos quoque: *ich will*  
*nicht hoffen*, de malis et incommodis usurpamus. BAYER.

[Ἄλλ' ἄπλω] Steph. legit: ἄλλὰ καὶ ἄπλω:] G.

τῶν προγεννημένων] ἀρροσίτε γενόμενα enim, quae histo-  
 ricis tractant, opponuntur τοῖς ὑμημένοις v. Dorvill ad Cha-  
 rit. p. 9. Mox τεκμαίρομενος, argumentis bis adductus. Dio-  
 nys. de comp. verb. (p. 163.) h. l. valde reprehendit. Mu-

tata est structura, et sequi debebat, pro καὶ τὸ ἄλλο Ἑλλ. —  
 ita: καὶ ὅτι τὸ ἄλλο Ἑλλ. ἑἴρα *ξυνισαμένον π. ε.* — G.

Ἦσαν ἐς αὐτὸν] *Lexicon Graecum MS.* apud Montfaucon.  
 in Biblioth. Coisl. p. 600. Ἦσα, ἀντὶ τῷ ἦλθον, ἐπορευο-  
 μιν. Καὶ παρὰ Θουκυδῆα ἀκμάζοντες τε ἦσαν ἐς αὐτόν. οἱ δὲ  
 Ἰωνες ἦσαν. Sed ἦσαν etiam Dionys. Halic. v. *Hors. Adon-*  
*ἦσαν ferri potest apud Homerum*, sed huic vix est, vt con-  
 venire videatur. *Virg.* Ast ego, quae Diuum *incedo* regina-  
 Ceterum Auctor *Lexici illius Suidam* exscripsit in ἦσ. WASS-  
 Etiam aliud *Lexicon MS.* in ead. Biblioth. p. 234. hic ἦσαν  
 legit. DVCK.

Ἀκμάζοντες ἦσαν] Memorabilis est lectio ἦσαν, quam Waf-  
 seus et Dukerus ad h. l. e *Lex. MS.* apud Montefalc. in bibl.  
 Coisl. proferunt; itaque legendum pronunciat Suidas in  
 ἦσ' καὶ παρὰ Θουκυδῆα ἕως ἀναγνωστέον ἀκμάζοντες τε ἦσαν  
 ἐς αὐτόν. Inde apparet, dubitatum olim fuisse de scriptura  
 huius loci. (v. Duk. in addend. p. 655. Ego quidem eam  
 vulgatae praeposendam putem tanquam exquisitiorem et  
 difficiliorem, nec, si codd. aliqui bonae notae eam confir-  
 marent, dubitem, eam in textum recipere. Forma ipsa oc-  
 currit L. I, 118. ἵνα ἐς τὸν πόλεμον. Vossii ratio, qui hanc  
 lectionem Homero conuenientiore putat, quam Thucy-  
 didi, me non satis mouet. Noster enim non adspernatur  
 Ionico-poetica subinde, veluti ἐφάραται L. III, 13., τετέ-  
 χται ἰβ ἀπολλῶσαι, VIII, 106. etc. Quodsi tamen offen-  
 dat quemquam Ionica ratio; facili mutatione scribi posset  
 ἦσαν, vt Attici loquuntur. Μετῆσαν, atticum est, et μετῆ-  
 σαν Ionicum, vt notabat Valken. *Elegantiss.* ad Herod. III,  
 203. De hac memoratu digna lectione apud Suidam nihil  
 monuit in Cur. nou. in Suidam, p. 217. Lips. Toupius. Scho-  
 liaften habuisse vulgaram in suo libro, patet e scholio. G.

Ἦσαν] ita Schol. certe legit, qui positum dicit, pro  
 ἦκμαζον. Ceterum hunc locum in animo habuit imitatus  
 tum vero in his: *neque bis ipsis tantum vnaquam viriam aut*  
*roboris fuit.* B.

Παρασκευῆ τῆ πάσῃ] Quomodo (inquit *Enarrator Graecus*)  
 verum hoc comperietur, eos fuisse ἀκμάζοντας παρασκευῆ τῆ  
 πάσῃ, si Peloponnesiis pecuniae decerant? sed non addit vl-  
 lum huius penuriae testimonium. Alioqui primam et prae-  
 cipuam bellici apparatus partem scimus esse pecuniam,  
 quam etiam neruos belli prouerbum eam appellat: et no-  
 tum sic illud *Demosthenis*, δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἀνεύτων  
 ἰδὲν ἐπι γενέσθαι τῶν δεύτων. Sed plura de hac obiectione,  
 quam ad illum *Scholiasiae* locum videro. STEPH.

Τὸ ἄλλο Ἑλληνικόν —] i. e. τὸς ἄλλους Ἑλληνας. Sic loqui  
 solet Thucydides. c. 3. τὸ λυσικόν, pro λυσιε, τὸ πεζόν,  
 pro πεζοῖς etc. Mox *ξυνισαμένον* — i. e. *reliquos Graecos vel*  
*cum Atheniensibus vel cum Lacedaemoniis coniunctum in*  
*Marg. Flor. Vin. habet προσδοκίμενον, quae glossa est. Se-*  
*quitur διανοόμενον, sc. ξυνισασθαι.* v. Steph. G.

Ξυνισαμένον] Verbo *ξυνισασθαι* hac ipsa de re frequenter  
 vitur. At *Valla* p. 10. contrariam ei dat interpretationem.  
 ST.

bere, atque moliri. Hic enim motus profecto maximus inter Graecos fuit, quin etiam in quadam barbarorum, ac propemodum (vt ita loquar) in maxima caeterorum mortalium parte maximus exstitit. Nam superiores, et his longe antiquiores motus, ob temporum vetustatem plane comperti esse non potuerunt. Sed coniecturis nixus (quas mihi remotissimam a nobis antiquitatem spectanti contingit credere *veras esse, eos*) nec in bellicis, nec in caeteris rebus ad pacem pertinentibus magnos fuisse puto.

πόλεμον. Καὶ μέρει τινὶ τῶν βαρβάρων] Θερσικὸς λέγει καὶ Πέρσας· οἱ μὲν γὰρ μετὰ Σιτάλκῃ συνεμάχων Ἀθηναίους· οἱ δὲ μετ' Ἀρταξέρξῃ καὶ Δαρείῳ ὑπερον τοῖς Λακεδαιμονίοις. Τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν] τὰ Μηδικὰ καὶ Τρωϊκὰ. Συμβάλει ἀντὶ τῆ συνάγεται καὶ συγκεφαλαιῶται. Τὸ δὲ ἐπὶ μακρότατον ἀντὶ τῆ ἐπιπολὺ καὶ συνεχῶς. Οὔτε ἐς τὰ ἄλλα] κατασκευῆ δηλονότι. Ἡ νῦν Ἑλλάς

Διανοόμενον] Infnitiuum ξυνίστασθαι post διανοόμενον non desisse, sed relictum esse subaudiendum, ostendunt alii huic similes loci. Ex quibus est iste p. 68. ὡςτε τῶν μὲν ἤδη ἄρχειν, τῶν δὲ διανοοῦσθαι. Nam hic itidem subaudire Infnitiuum ἄρχειν necesse est. Atque obseruandum est, eundem vsum hic praestare aduerbium ἤδη, quem illic praestat εὐθύς, quod ad participium ξυνίσταμενον fertur. At vero hoc ipsum aduerbium εὐθύς simili loco adhibitum habes p. 337. ἢ μὲν τοι εὐθύς γε ἀπέστη τῶν Ἀθηναίων, ἀλλὰ διανοοῖτο. nam et hic post διανοοῖτο oportet ὑπακύνει Infnitiuum ἀφίστασθαι, ex illo κλέψῃ sūmptum. STERN.

Nisi hoc est pro praeterito, vel aoristo, διανοηθῆν, vt significet, post aliquam dubitationem et curstationem, deliberationem: turbatiua rem diuierit Thuc. collocandis verbis; cum deberet: τὸ μὲν εὐθύς ξυνίσταμι. τὸ δὲ καὶ διανοοῦμι. scil. ξυνίστασθαι. Nil enim opponitur τῷ εὐθύς, cui alius modus τῷ ξυνίστασθαι subiici debebat. Sed si mecum explices διανοοῦμι. pro praeterito, recte habeat positus verborum. B.

Μεγίστη δὴ] Δὴ coniunctio tam completiua quam confirmatiua inuenitur, vt inquit Priscianus, L. XVIII. p. 1170. hunc locum citans. Alibi etiam Schol. noster; ὁ δὲ δὴ συμπαραπληρωματικὸς αὐξήσιν δηλοῖ. HVD. Schol. Aristoph. δὴ μεγίστη, ἐστὶ συμπληρωματικὸν αἰετὶ esse, vt: Ὅσα δὴ δέδωγμα τῆν ἑαυτῷ καρδίαν. Lecharn. 1. W.

Κίνησις μεγίστη δὴ] i. e. πάντων μεγίστη. Cod. Aug. Schol. interlin. est: τὸ δὴ, ἀντὶ τῷ πάντων. cf. Demetr. Phal. §. 56. it. Schol. Aristoph. in Acharn. v. 1. p. 236. ὁ δὲ δὴ συμπληρωματικὸς αὐξήσιν δηλοῖ. ἐχρήσατο δὲ αὐτῷ καὶ Θεοκυδίδης ἐν τῷ προοίμιῳ. Κίνησις γὰρ αὐτῶν δὴ μεγίστη, vt duo codd. Cass. et Aug. habent. Sed vt h. l. scripsit infra c. 50. ναυμαχία — γένων πληθύνει μεγίστη δὴ γενέσθαι — τὸ δὴ libenter superlatius hac vi additur. Mox ad v. τὰ ἔτι καλαιώτερα, in Aug. notatur: τὰ ἐξ ἑὺ ἄνθρωποι, vbi leg. ἐξ ἑὺ (χρόνου) ἄνθρωποι. G.

Primo Superlat. est pro Comparatiuo, μέζων, maior ante factis. Deinde προγενέων. non refertur ad res factas et fabulosas, quod vult B. Gottleberus, quae enim hic comparatio rerum confictarum cum veris? Aut quomodo fabulose conficta dicantur ante facta? Et Troica, Persica, vt vera et ipsa memorat Thuc. Sed ante acta, non minus scilicet vere gesta illa, contendit cum hoc nouo motu et recenti. B.

Τοῖς Ἑλλησιν] Aut pro Genit. κίνησις τῶν Ἑλλήνων aut pro, ἢ τ. Ἑλλ. inter Graecos, apud Graecos. Id. [Συνεμάχων in Rostg. est: συνεμάχοντο Ἀθηναίους· οἱ δὲ μετὰ αὐτὰ πέρσας· extrema sunt vitiosa. In Aug. quoque est συνεμάχοντο. Μετὰ Σιτάλκῃ, v. L. II, 29. ὑπερον Λακεδαιμονίοις, v. L. VIII, 18-58. G.

Μέρει — καὶ ἐπὶ πλ. ἄνθρ.] Obseruans inconstantiam, vel varietatem, Nostro perquam frequentem; μέρει enim, Dativus, poscebat, πλείστοις ἄνθρώποις. Ita et C. extr. κατὰ πόλεμον, ὅδε ἐς τὰ ἄλλα, pro, κατὰ τὰ ἄλλα, vel, ἐς πόλεμον. Plura talia vide in Ind. coniecta, voc. Structura varia. B.

Ἐπὶ πλείστον ἄνθρώπων] Quamuis primo aspectu lectio margini adscripta ἐπὶ πλείστον aptior videatur, tamen altera po-

tius pro germana habenda est: quum alii plerique loci offendunt, Thucydidem hoc superlatiuo libenter ita vti. Sic autem et apud Dionys. Halicarn. non illam, sed hanc quae φανῶν habemus. Sed quid de illa dicendum est scriptura, quae genitiuum τῶν ἄλλων ante ἄνθρώπων addit? Ad me quidem certe quod attinet, eam minime cenleo recipiendam. ST.

Ἀδύνατον] Lectio altera, ἀδύνατα, eundem omnino sensum efficit: sed magis Thucydidem (vtrout veteri linguae Atticae, qua potissimum vtitur Thucydidem, magis conuenientem) esse crediderim. Sic certe pag. 33. νομισαντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἀδύνατα εἶναι πρὸς τε Περδικκῶν πολεμείν. Sic etiam pag. 199. Θέρως γὰρ δι' ἀνυδρίαν ἀδύνατα ἦν ἐπισηρατεῦν. Et alibi, ὡς ἀδύνατα ἐφαίνετο Ἀργείοις καὶ Ἀθηναίοις ἀμαπολεμῆν. Nec vero isto tantum nomine in plurali potius quam in singulari vti solet, sed περιττώτα itidem atque ἐπιχειρητέα, quin etiam, πλευνέα, pro περιηθέν, ἐπιχειρηθέν, atque πλευνθέν, dicit: et quidem Atticorum (ac praesertim veterum) more, vti dixi. Ideoque mirum est, Scholiastem annotasse de illo ἐπιχειρητέα, Thucydidis vocabulum esse. In eo certe illum falli, suo loco docebo. Caeterum quamuis ἀδύνατα magis Thucydidem esse, non solum dixerim, sed etiam ostenderim, tamen apud Dionysium Halicarnassensem alterum habemus. S.

Ἀδύνατα ἦν] Recepti ita pro ἀδύνατον, quae lectio est pervertita et Thucydidis ingenio accommodata, vt apparet e Suida, in ἀδύνατα εἶναι, ἀντὶ τῷ ἀδύνατον. Πολλάνκιος κέχρηται Θεοκυδίδης τοῖς πληθυντικοῖς ἀντὶ ἐνικῶν, μάλις ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως. Confirmat Schol. Eurip. ad Hippol. v. 269. Θεοκυδίδης ἀδύνατα ἦν, ἀντὶ τῷ ἀδύνατον. Ita Noëter, L. I. 125. III, 8. IV, 1. VIII, 60. Probabat hanc correctionem Valkenar. V. Cel. ad Eurip. Hippol. p. 203. Ceterum Thucydidem videtur hanc loquendi rationem desumpsisse ex Herodoto, qui, L. I, 38. fatum ait ἀδύνατά ἐστιν ἀποφυγεῖν· it. L. VI, p. 444. et 487. v. Koen. ad Gregor. p. 53. G.

Ἐυρεῖν ἀδύνατα ἦν.] Sane Pluralem pro Singulari positum agnoscere Nostri ratio, et vero iam Herodoti, iubet. Ita et Homer. II. I, 107. τὰ κακ' ἐστὶ φίλα μαντεύεσθαι, p. φίλον. Hic tamen explices: erant ἀδύνατα, inexplicabilia, v. εἰρεῖν, πεδὸς τὸ εὐρεῖν, vel εὐρεθῆναι, ad inueniendum; vt Latini, difficile ad intelligendum; Simul Actiuum pro Passiuo positum εὐρεῖν pro εὐρεθῆναι, et ipso more Nostri. B.

Ἐκ δὲ τεκμηρίων, ὧν — πιστεύσει ξυμβάλει] i. e. testimoniis s. argumentis vero, quae mihi, rem paullo alius referenti, veritati consentanea s. fide digna videntur, eo adducor, vt — ὧν — πιστεύσει, proprie οἷς πιστεύσει, nisi malinus: ὧν (τὸ) πιστεύσει (π. πίστις) ξυμβάλει — quorum fides constat, mit deren Glaubwürdigkeit es bey mir seine Richtigkeit hat, aut, die ich für glaubwürdig halte — Abresch. in Diluc. p. 2. ξυμβάλει int. cum Schol. Reg. et Rostgad. συνάγεται καὶ συγκεφαλαιῶται, et in Auctar. p. 213. sic ordinat: ἐκ τ. τεκμ. ὧν ξυμβάλει μοι (εἰς τὸ πρὸς τὸ) πιστεύσει (ac τὸν πίστιν) σκοποῦντι. Sensus eodem dedit, sed ordo hic est paullo durior. Τεκμήρια sunt μαρτύρια, σημεῖα, παραδείγματα, quibus variat ora-

Ἰ. Ἐπιπέσει γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλυμένη, ἔ πάλαι βεβαίως οἰκυμένη, ἀλλὰ μεταναστᾶσις τε ἔσται τὰ πρότερα, καὶ βαδίων ἑκάστοι τὴν ἐκιντῶν ἀπολείποντες, Ἰ βιαζόμενοι ὑπό τινων ἀει πλειόνων. τῆς γὰρ ἐμπορίας ἐκ ἕσσης, Ἰ δὲ ἐπιμυγνόντες ἀδεῖς ἀλλήλοις, ἔτε κατὰ γῆν, ἔτε διὰ θαλάσσης, νεμόμενοι τε τὰ Ἰ αὐτῶν ἑκάστοι ὅσον ἀποζῆν, καὶ περισσῆσαν χερμάτων ἐκ ἔχοντες, Ἰ εὐδὲ γῆν Φυτεύοντες (ἀδῆλον ὄν, ὅποτε τις ἐπέλθων, καὶ αἰτερχίτων ἅμα ὄντων, ἄλλος ἀΦαιρήτεται) τῆς Ἰ τε καθ' ἡμέραν ἀναγκασίαι τρεφῆς πανταχῶ ἀν' ἡγάμενοι ἐπικρατεῖν, Ἰ χαλεπῶς Ἰ ἀπανίσταντο. καὶ δι' αὐτὸ, ἔτε μεγεθεῖ πόλεων ἰσχυρον, ἔτε τῆ ἄλλῃ παρασκευῆ. μάλιστα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίστη ἀει τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων Ἰ εἶχεν ἡ τε νῦν Θεσσαλία καλυμένη, καὶ Βοιωτία, Πελοποννήσῃ τε τὰ πολλὰ, πλὴν Ἀρκα-

1 Μιτανάσις τε ἔσα Reg. π ἑκάστοι Dion. Halic. p. 872. π βιαζόμενοι ἀει ὑπό τινων Dan. Mosq. ο οὐδὲ Cass. ρ ἑκιντῶν Dion. Hal. de compos. p. 169. αὐτῶν Ald. et Iunt. ἐκιντῶν Mosqu. vbi et verbis c. I. extir. Is τὰ ἄλλα, superfc. διὰ τὰ σημεία. q οὔτε Dion. Halic. Fpfil. II. ad Amm. p. 807. et pro μακρότατον, Mosqu. μακρότερον. ρ) Το δεετ Dion. Halic. p. 165. s καθ' ἡμέραν δεετ Ar. C. Ἰ ἀνίσταντο Marg. et hanc genuinam lecturam esse censet Steph. Ἰ ἀνίσταντο Dion. Halicarn. pag. 165. Sed ἀνίσταντο Id. p. 805. Sic tamen quidam Codd. etiam ἀνίσταντο. v Ἐλάμβανον Maximus Tyrius T. II. p. 84. Reisk. locum hunc citans.

tionem Noster, vt etiam notauit Dionys. art. rhet. p. 412. Reisk. cf. Hermog. περί μεθόδου δεινότητος, c. 4. p. 521. G. Ἰν ἰπὶ μακρότ. σκ. και πικ. ξυμβ.] Esti vix effugias, quin πεισσοῖ hic Genitiuo iunctum videatur; possit tamen explicari ex vsu articuli vel Pronom. relat. sequentis casum praecedentem, quem et ad σκοπῶντι retuleris, pro, Ἰ σκοπῶντι aut iungere, σκοπεῖν ἰπὶ πλειόνων, quorum plurima, pleraque, longissime retro oblata. Aut non sic effugies Rom. 4, 17. κατέναντι Ἰ ἐπίτερος θεῶ, τὸ ζωοπ. κ. τ. λ. Cui similem locum adiungo, Nehem. 9, 34. Ἰ προσέσχον τῶν ἐν τοῖσιν σκ. vbi tamen subiicitur: καὶ τὰ μακρότατα neutrum ex vsu verbi προσέχειν. Sed, πεισσοῖ ξυμβάλει, simpliciter nil aliud est, nisi, πεισσοῖ eadem periphrasi, qua Theophr. Ch. Eth. Prooem. συμβέβηκεν ἡμῶν — ἔχειν. i. c. ἔχομεν. B. [σκοπῶντι] Dion. Hal. p. 67. σκοπῶντι. Obseruat ibi Auctoris copiam. τὰ γὰρ — φυτεύοντες Idem p. 148. W. Obseruat copiam etiam Hermogenes περί μεθόδου δεινότητος. Cap. IV. DVCK.

[ξυμβάλει] hoc Schol. inferui e codd. reg. Rostg. et Aug. Mox post verba: ἔτε ἰς τὰ ἄλλα in Rostg. et Aug. εἶεν τὰς ἐκλήσεις καὶ τὰς σημεία. In iisdem codd. ad v. Ἰ πάλαι βεβαίως notatur: Ἰ βεβαίως, ὑπό τῶν παλαιῶν ἀνδράπων, ἡ μὲν ἔσται φαινεταί γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλυμένη, Ἰ πάλαι βεβαίως οἰκυμένη. vile Scholion.] GOTTL.

[ἡ νῦν Ἑλλὰς] hoc caput scholio praefixi cum Grammio, pro Ἰ πάλαι βεβαίως, ad quae verba scholion Rostg. et Aug. pertinet. τὸ δὲ σχῆμα — haec pertinet ad καλυμένη — σικυμένη. Correci cum Reiskio ad Dionys. (T. VI, p. 966.) Γοργῆσιον, qua figura crebro vsus est Gorgias, quam reperisse sibi visus est Scholiastes in his verbis. Exempla e Nostro Dionysius concessit Ep. II. ad Amm. p. 808. In cod. Aug. Schol. ad n. 1. 2. 3. 4 et 5. defunc.] G.

Μεταναστᾶσις τε ἔσται] Non dubium est, quin recte et eleganter dicatur Ἑλλὰς μεταναστᾶσις ἔσται, quod est in Cod. Reg., pro Ἑλλάνης μεταναστᾶσις ὄντες. Nam nihil notius est, quam nomina regionum saepe poni pro his, qui eas incolunt. Sed quia insolens videtur, vt eadem vox Ἑλλὰς; in priore membro orationis propria significatione penatur, pro ipsa regione, in posteriore autem impropria, pro incolis, quod in hac scriptura fit, non puto recedendum a vulgata, quam non solum omnes alii MSS. tuentur, verum etiam Dion. Hal. in Lib. de Compos. p. 24. et Iudic. de Thucydide p. 148. Scholiastes recte supplet φαίνοντες. D.

[Οὐκ εἶπαι δυνατόν] ineptae argutiae.] G. τῆς γῆς — ἀλλήλοις] Dion. Hal. p. 134. W. Annotat ibi Dion. ἐπιμυγνόντες; hic poni pro passiuo ἐπιμυγνόμενοι. D.

Οὐδ' ἐπιμυγνόντες —] nec quisquam alterum iusto (mercaturae faciendae causa) adire possit. Similis locus est infra c. 13. vbi est ἐπιμύγω, quod Iones et poëtae inprimis adhibent, veluti Herodotus et Callimachus, v. c. hymn. in Iou. v. 13., ad quem v. Ernest. cf. Noster I, 146. II, 1. Sic ἐπιμύξια, V, 35. 78. Dionys. de idiom. Thuc. p. 797. notat, ἐπιμυγνόντες, pro ἐπιμυγνόμενοι, adhibitum esse, hoc loco laudato. Hunc locum expressit Long. Paft. III, 1. p. 270. Bod. ἀδεῖς ἐπιμυγνόντων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, vt notabat Abrech. Diluc. p. 2. G.

Ὅσον ἀποζῆν] Id est: ὅσον ἐς τὸ ἀποζῆν μετρίως ἂν πικ ἀρκέσειεν, quantum ad modice viuendum satis esset. HVDS.

I. c. ἐτενωμένως, εὐτελέως ἔξην, quatenus duriter et pauce vitam agerent. Parum accurate exponit Schol. μετρίως. Melius August. Suidas quoque εὐτελέως. v. Hemsterhuf. ad Thom. M. p. 94. Mox ἀδῆλον ἔν — imitatus est Procop. Orat. IV, de aed. Iustin. p. 41. Hoefsch. ἀδῆλον ὄν, ἐποτέρα. ποτὲ αὐτῶν τὸ πὸ σφῆδῆ ὄντος διακονημάτων — G.

Χερμάτων] v. Libanum Progym. p. 114. W. [ἡ σύμμετρος] in cod. Aug. sequuntur h. v. ἄλλὰ μόνον ἐπιτεροντες, quae e superiori scholio huc translata sunt. Schol. ad v. ἀδῆλον inferui e cod. Aug. in quo non leguntur scholia ad, n. 5. 6. 7. 8. Schol. ad ἀναγκασίαι e cod. reg. intuli.] G.

Ἀδῆλον ὄν] Pro ἀδῆλον ὄντος, quod Atticis familiare est, qui huiusmodi multa in accusatiuo vsurpant, quum alioqui sequendo vulgarem orationis structuram obliquo casu (nimirum genitiuo) vtendum esset. Vide Sierbani Append. ad Scripta al. de Dial. Att. c. 9. p. 149. etc. H.

Καὶ ἀπειχῶν] Reisk. in anim. ad h. l. conicit: ὀλίγων καὶ ἀπειχῶν, quippe numero paucis iisdemque opere nullo munitis. Potuisset ita scribere Thucydides. Mox ἀναγκασίαι τρεπῆς dictum est, vt infra c. 32. τῶν χερῶν βέβαιον, vbi Schol. βέβαιον θηλικῶς. Plat. Menex. 14. φίλων βέβαιον. Eurip. Alc. v. 535. v. Schol. ad Hecub. v. 150. cf. Bud. Comm. I. gr. p. 1495. G.

Καὶ ἀπειχῶν ἅμα ὄντων] Haec verba maxime turbant ordinem, certe implicat structuram atque exasperant, eo, quod interiecta sunt illis duobus, τῆς — ἄλλος. Alioqui nil sane asperi hic deprehenderis. B.

Οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο] Margini apposita γρηφῆ (ἀνίσταντο) melius cum eo, quod dixit μεταναστᾶσις τε ἔσται, conueniet, quum ii, qui sponte emigrant, sicut μεταναστᾶσαι, ita et ἀπανίστανται potius dicantur: at qui sedibus suis pel-luntur, potius ἀνίστανται. Sed duo diuersa miscere videri possit Thucydides, quum tanquam de sponte emigrantibus



2. Constat enim eam, quae Graecia nunc appellatur, olim non constanter habitatam fuisse: sed primum frequentes migrationes inde fuisse factas, et facile suos quemque fines deseruisse, semper ab aliquo maiore numero coactum. Nam cum nulla esset negotiatio, nec ullus inter ipsos tuto commercio citra formidinem vel terra vel mari locus esset, cumque singuli res suas, et agros eatenus colerent, quatenus vitam pace agerent, nec magnam pecuniae vim haberent, nec humum arboribus conferrent (quia incertum erat, quando quis alius incurfione repentina labores esset ablaturus, simul etiam, quia nullis muris erant muniti) et quotidianum ac necessarium victum se ubique adepturos existimarent, non grauate suis sedibus migrabant. Idcirco etiam nec urbium magnitudine, nec alio bellico apparatu valebant. Atque potissimum optimus quisque ager his incolarum mutationibus semper erat obnoxius,

τῷ αὐτῷ ὑπὸ ἅπαντων — δόξασματι] Non quod omnium priuatim idem sit δόξασμα, sed quod cunctis mos sit, vt alii hoc alii illud censent; veluti quod praecedit: οἱ μὲν ὡς μάλιτα τιμωρήσασθαι τινα, οἱ δὲ ὡς ἦντα τὰ οἰκεία φθεῖρα. v. Abresch. Aufst. p. 261. G.

Substant. est pro verbo, δόξαθῆναι. Sed difficultas est in τῷ αὐτῷ neque enim idem sentiebant omnes, immo plane diuersa; cur ergo τῷ αὐτῷ; Aut eo pertinet, quod ex eiusmodi sensibus priuatis, velut inter se mixtis et temperatis, conflatum prodeat δόξασμα, decretum, quod sapiat et referat omnia ista studia singulorum, quasi ad cuiusque voluntatem compositum et attemperatum media quadam via, sed nil profectura; aut τῷ αὐτῷ sign. illo ipso decreto, quod e priuatis studii publice fiat; aut sign. vtroque sensu, communiter, altero non minus, quam altero, per vtrumque pariter, et eorum, qui vicisci velint, et qui suis rebus parcere; ceterum hunc sensum vis effeceris ex τῷ αὐτῷ, vtut commodissimum; sed tamen τῷ αὐτῷ, saepe notat ἅμα, simul, vno tempore, vna opera; ita tamen post αὐτῷ repetas, τῷ. BAVER.

lis euasura sperant: has vero, vel ante belli finem absumentum iri, persuasum habent, praesertim si (quod est verisimile) bellum praeter ipsorum opinionem producat. Nam Peloponnesii, eorumque socii, in vno quidem proelio Graecis omnibus resistere possunt: sed cum dissimili aduersariorum apparatu bellum gerere non possunt; \* tum quia, cum non vno eodemque concilio vtantur, omnesque par suffragii ferendi ius habeant, nihil ex tempore celeriterque peragunt; tum etiam quia, cum non sint omnes vnus eiusdemque gentis, vnusquisque rem suam vrget, vnde nihil perfici, et ad finem perduci solet. Nam hi quidem, nonnullis quam maxime cupiunt vlscisci: alii vero, res domesticas quam minime corrumpi volunt: cumque post longam cunctationem vix tandem in vnum conueniant, exiguo tamen temporis momento de Republica consultant: maiorem vero temporis partem in rebus priuatis curandis ponunt. Et vnusquisque *Rempubicam* nihil detrimenti ex hac sua negligentia capere posse putat: sed et aliquem alium esse existimat, qui *Rempubicam* curet, eique pro se ipso prospiciat. Itaque eadem omnium priuatorum opinione vniuersam *Rempubicam* perdi non animaduertit.

142. „Quod autem maximum est, pecuniarum inopia prohibebuntur, cum eas aegre parantes cunctabuntur: sed belli occasiones nullam moram patiuntur; neque vero illorum aut munitio-  
 structio, aut classis digna est, quae metuatur. Difficile enim est vrbi, quae potentiam nostrae parem habeat, vel in pace huiusmodi munitiones extruere: iam vero *multo difficilius erit, hoc ipsum facere in hostico, et praecipue cum nos aduersus illos non minus muniti sumus, quam illi contra nos.* Quod si quem locum praesidio firmarint, aliquam quidem agri *nostri* partem suis excursionibus, et *nostrorum* ad illos transfugiis vastabunt: sed tamen *haec munitio* non poterit nos circumuallare, et impedire, ne in

\* Quippe qui commune consilium, vt, si quid subito opus sit, celeriter administreretur, nullum habent, et pares in dicenda sententia alienigenaeque inter se cum sint, de suis quisque rebus sollicitus est etc. *Casa.* HVDS.

μέν. Πιστὸν βέβαιον. Τὸ δὲ τὸ πῶν χρημάτων ἔστι, φησὶ, βέβαιον, ἵπως μὴ δαπανηθῶσι. Μὴ ἢ προκακλώσειν] σημειώσαι, μὴ προκακλώσειν τὰ χρήματα πρὸ τῆς πολέμου, τὸ βέβαιον οὐκ ἔχουσιν. οἱ δ' αὐτῶν τῆς πολέμου, τὸ πιστὸν ἔχουσιν, ὅτι περιγενήσονται, διότι τοῖς κινδύνοις ὑπομένειν ἐμελέτησαν. Πολεμεῖν δὲ] καθ' ὁμοίους τοῖς σώμασι θαρσύνειν οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πρὸς τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς χρήμασι θαρσύνειν. Ἀντιπαρασκευῆν] ἀνδοκλίσειν. Μῦτε βουλευτήριον ἐνι χρωμένοι] αὐτόνομοι γὰρ πάντες. Καὶ ἔχ' ὁμόφρονοι] οἱ μὲν γὰρ, Δωριεῖς οἱ δὲ, Βοιωτοί. Τὰ εἰκεία φθεῖραι] ἐκ τῆς πολέμου τῆς ἀπιστίας. Χρόνοι] διὰ χρόνον πολλόν. Ἐν βραχεί μὲν μορία] μορία ἡμέρας βουλευόμενοι. ἴσεν, ὅτι τὴν τῆς δημοκρατίας διαβολὴν πᾶσαν ἐνταῦθα ἔδρακε. Οὐκ εἶται βλάψει] τὰ κοινὰ δηλονότι. Κωλύονται] ἀπὸ τῆς κωλυθήσονται. Σχολῆ] βραδέως. Διαμέλλωσι] βραδύνωσι. Οὐ μέντοι] ἢ μέντοι, φησὶ, ἀλλ' εἰσὶν ὄξει. οὐδ' ἢ ἐπιτείχισι] ἐπιτείχισις ἐστὶ, τὸ πόλιν τινὰ ἐτέραν πλησίον ἄλλης τεύχισαι, διὰ τὸ φερεῖν καὶ λυμάνεσθαι τὴν γῆν. Τὴν μὲν γὰρ] τὴν ἐπιτείχισιν. Καὶ ἔχ' ἴσσοι ἐκείνοις ἡμῶν] δυνατῶν ὄντων ἡμῶν ἀντεπιτείχισαι ἐκείνοις. Καταδρομαίς] ἐφόδοις. Καὶ αὐτομολίαις] δεχόμενοι τὰς αὐτομολίας δόλως.

Κωλύονται] Pro κωλυθήσονται. De hoc vsu futuri medii pro passiuo, v. Hemsterhuf. ad Thom. M. in τιμῆσεται p. 352. Abresch. Auctar. p. 294. Erneß. ad Xenoph. Mem. III, 7. GOTTL.

Μέγιστον — κωλύονται] i. e. ὃ δὲ μέγιστόν ἐστι, vel, μέγιστον δ' ἐστὶν, ὅτι κωλύει. quod maximum sit, pecuniarum inopia impediuntur; vel maximum erit, quod — impediuntur. v. Ind. in Ellipsis. BAVER.

Τὸ δὲ — μέντοι] Magister voc. μέντος. WASE.

Τὸ δὲ πολέμῳ] Secundum illud tritum: *Fronte capillata est, post haec Occasio calua.* Fere vt Noster, de hac re Senec. III, 21. — bellum, cuius maxima momenta in occasionebus sunt — G.

Μέντοι οἱ κειροί] p. μέντος, pass. pro actiuo: vt ἐνεκτος, non precatus; et Latinis *iuratus, cognatus, pransus*, alia: Quin et apud Virg. Ge. 4, 229. *bauisus sparsus aquarum*

*Ore fons, vix est, si ore legeris, quin sparsus sit pro spargens, vel sparsurus.* Vid. tamen ibi Ill. Heyn. BAVER.

[Τὸ πόλιν τινὰ] Addidi e codd. Cass. et Aug. τὸ. In cod. Aug. defunt Scholia ad verba Σχολῆ Διαμέλλωσι. Καὶ οὐκ ἴσσοι ἐκείνοις ἡμῶν ἐκ Καταδρομαίς.] G.

Τὴν μὲν —] Sc. ἐπιτείχισιν, quod attinet ad munitio-  
 nem, (sunt absoluti accusatiui) *difficile etiam est, vntem aequae opibus parem atque aliam tempore pacis instruere.* Heilmanus ἀντίπαλον refert ad ἐπιτείχισιν, propter τὸ παρασκευάσθαι. Quod non probandum, nulla certe durior posset esse structura. Πόλις ἀντίπαλος est vrbs, quae pares habet opes ac alia; quam Ithomam Reiskius esse credit in anim. p. 17. Idem Reiskius l. c. legit pro τὴν, ἢ. G.

Ἀντεπιτείχισμένων] Reiskius in anim. legit ἐντεπιτείχισμένων in paullo post futuro. Sed nil opus est correctione. Praeteritum enim posuit pro futuro, quam enallagen notat Bauer. in diss. p. 25. quanquam etiam idem monet, Nostrum rem futuram vt praesentem intueri. G.

πλεύσαντας ἕς τὴν ἐκεῖνων, καὶ ἤπερ ἰσχύομεν, ταῖς ναυσὶν ἀμύνεσθαι. πλέον γὰρ ἡμεῖς ἔχομεν τῷ κατὰ γῆν ἐκ τῆ ναυτικῆ ἐμπειρίας, ἢ ἐκεῖνοι ἐκ τῆ κατ' ἡπειρον ἐς τὰ ναυτικά. τὸ δὲ τῆς θαλάσσης ἐπισήμονας γενέσθαι, ἔραδίως αὐτοῖς προσγενήσεται. ἔδὲ γὰρ ὑμεῖς, μελετῶντες ὁ αὐτὸ εὐθύς ἀπὸ τῶν Μηδικῶν, ἐξείργασθέ<sup>α</sup> πῶ. πῶς δὲ ἄνδρες γεωργοὶ, καὶ ἔ θαλάσσιοι, καὶ προσέτι ἔδὲ μελετῆσαι ἐασόμενοι, διὰ τὸ ὑφ' ἡμῶν πολλαῖς ἑ ναυσὶν αἰεὶ ἐφορμεῖσθαι, ἄξιον ἂν τι δεῶεν; πρὸς μὲν γὰρ ὀλίγας ἑ ναῦς ἐφορμίσσας καὶν διακινδυνεύουσαιαν, πλήθει τὴν ἀμαθίαν θρασύνοντες· πολλαῖς δὲ πειγόμενοι, ἑ ἡσυχάσσοι· καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἑ ἀξυνετώτεροι ἔσσονται, καὶ δι' αὐτὸ καὶ ὀκνηρότεροι. τὸ δὲ ναυτικὸν, τέχνης ἐστίν, ὡσπερ καὶ ἄλλο τι, καὶ ἐκ ἐνδέχεται, ἑ ἔταν τύχη, ἐκ παρεργῶν μελετᾶσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον μηδὲν ἑ ἐκεῖνω παρέργον ἑ ἄλλο γίγνεσθαι.

ρηγ. „Εἴτε καὶ, ἑ κινήσαντες τῶν Ὀλυμπιάσιν ἢ Δελφοῖς χρημάτων, μισθῷ μείζονι ἑ πειρῶντο ἡμῶν ὑπολαβεῖν τῆς ξένης τῶν ναυτῶν, μὴ ὄντων μὲν ἡμῶν ἀντιπάλων, ἐσβάντων αὐτῶν τε καὶ τῶν μετοίκων, δεῖν ἂν ἦν· νῦν δὲ τόδε τε ὑπάρχει, καὶ (ὅπερ κρᾶτισον) κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας, καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν, πλείους καὶ ἀμείνους ἢ ἅπαντα ἢ ἄλλη Ἑλλάς. καὶ ἐπὶ τῷ κινδύνῳ ἔδεις ἂν δέξαιτο τῶν ξένων τὴν τε ἑ αὐτῆ Φεύγειν, καὶ μετὰ τῆς ἡσσοнос ἅμα ἐλπίδος, ὀλίγων ἡμερῶν ἕνεκα μεγάλα μισθῷ δόσεως, ἐκεῖνοις ξυναγωνίζεσθαι. καὶ ἑ τὰ μὲν Πελοποννησίων ἔμοιγε τοιαῦτα καὶ παραπλήσια δοκεῖ

η εἰς Dan. Gr. Paullo post in cod. Bas. τὰ κατὰ γῆν. ο αὐτὸ δεest Bas. p Ἐπὶ Ar. C. Mosqu. q Illud πῶ non agnoscunt Ar. C. Reg. Dan. r Ναυτὶ Gr. mox ἐφορμεῖσθαι et in marg. manu rec. ἐφορμεῖσθαι Reg. s Ναῦς δεest Reg. Cass. Aug. t ἡσυχάσσοι Reg. u ἄξυνετώτεροι, καὶ δι' αὐτὸ καὶ ὀκνηρότεροι ἔσσονται Ar. C. Dan. x Ὅταν τύχη, καὶ ἐκ παρεργῶν omnino scribendum censet Stephanius. y Ἐκεῖνω, inter versus rec. manu Reg. z Ἄλλο τι γίγνεσθαι Dan. Ἄλλο γίνεσθαι Reg. Cass. Aug. α Νικήσαντες Reg. Dan. Sed in utroque inter versus emendat. κινήσαντες. In Aug. κινήσαντες a correctore, antea scriptum fuerat: νικήσαντες. In Cass. depravata scriptura in marg. notatur, γρ. νικήσαντες. b Ὀλυμπιάσιν Cass. Aug. c Ita emendat. in Gr. e πειρῶνται. d Ἡ ἅπαντα Ar. C. Dan. Mox ἄλλη δεest in cod. Bas. e αὐτὸ Cl. Cass. Gr. Aug. f Τὰ μὲν περὶ Πελοπ. Cass. Dan. et ἔμοιγε καὶ παραπλήσια τοιαῦτα Cass. Aug.

Ἐκ τῆ ναυτικῆ] Reiskius in anim. p. 17. corrigi: τῆς τῆ ναυτικῆ. Doctus anon. in Flor. Vinar. ἐκ τῆς τῆ ναυτικῆ. GOTT.

[Ἄλλὰ δηλονότι καὶ πρὸ τῶν Μηδικῶν] Secundum Scholiasten figura obtinet h. l. πρὸς τὸ ὑπονοούμενον, quod supplet: ἀλλὰ δηλονότι καὶ πρὸ τῶν Μηδικῶν.] G.

Ὅδὲ μελετῆσαι] Supra c. 121. dicunt Peloponnesii: se μελετῆσαν τὰ ναυτικά, cf. c. 80. Sed substituerunt in solo proposito μελέτης. cf. L. II, 87. vbi Lacedaemonii: καὶ πῆ τι καὶ ἡ ἀπειρία πρῶτον ναυμαχῶντας ἔσφηλεν. Ad haec respexit Pericles paullo ante τὸ δὲ τῆς θαλάσσης — etc. Contulit iam Abreschius haec loca in Auct. p. 262. G.

Ἐκσόμενοι] Passiue sumendum, vt monuit Abresch. Dil. 152. G.

Ἐν τῷ μὴ μελετῶντι] Sententiam Scholiastae, participium hic pro infinitivo poni existimantis, probat H. Steph. Append. ad Ioann. Gramm. et Corinth. de Dialectis, pag. 164. Ναῦς, quod vers. praecedenti abest a Reg. et Cass., merito suspectum esse potest. DUCK.

Sc. τῆς θαλάσσης ἐπισήμονας γενέσθαι. Bauer. edidit, ἐν τῷ μελετῶντι, quod τὸ μὴ sit contra rem ipsam, cum Corinthii et focii vellent μελετῶν τὰ ναυτικά, neque id negatur iussit Pericles. Sed μὴ omnes codd. tuerunt, et contextis conuenit. Μελετῶντι recte capit pro μελετῶν. Secus est in partic. quibus additur genitiuus, quod per se intelligitur v. c. L. III. 10. ἐν τῷ διαλλάσσοι τῆς γνώμης. Plura exempla vide in Diluc. Abresch. p. 152. G.

Si retinendum μὴ, ex auctoritate Libb. tunc ἐν notabit διὰ τὸ μὴ μελετῶν, quia non meditantur. Sed, vt dixi, res ipsa aduertatur. BAUER.

ἄξυνετώτεροι] n. in rebus nauticis quam nos. G.

ὀκνηρότεροι] Sc. ἐς αὐτὰ, n. ναυτικά. Sic L. III. 55. ἐς τὰ πολιμικά — ὀκνηρότεροι γενόμενοι. v. Abresch. Auct. p. 262. G.

[Ἐπιτήδευμα] In Aug. legitur, ἢ ἐπιτήδευμα καὶ πρᾶγμα. In eodem cod. defunt Schol. Ἐκεῖνω et Μισθῷ μείζονι.] G.

Ὅταν τύχη, ἐκ παρεργῶν] Nihil magis eleganter, nihil magis significanter ad eandem rem exprimendam dici potuisse arbitror: quum non contentus dixisset ἐκ παρεργῶν, addat et alterum illud loquendi genus minus vilitatum, in eodem tamen vocabulo insitens: sed aut fallor, aut scripsit, ὅταν τύχη, καὶ ἐκ παρεργῶν. Steph. Ὡς ἂν τύχη ταῦτα ἐκ π. μ. Aristides pro Rhet. p. 183. Ed. Canterian. WASS.

Ὅταν τύχη] Vtique, non data opera. Ἐκ παρεργῶν, per ἐπεξηγήσει additur. Non opus esse puto, cum Stephano inferi καὶ. G.

Εἴτε καὶ] Etsi vel — s. quodsi vel — Respondet Pericles ad ea, quae Corinthii supra dixerant, c. 121. ναυτικὸν — ἐξαρτησόμεθα, καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς καὶ Ὀλυμπίᾳ χρημάτων. vid. Abresch. Diluc. p. 152. Doctus anonymus in Flor. Vin. εἰ δὲ. G.

Ὀλυμπιάσιν] Dicitum est vt Πλαταιαῖσιν, s. Πλαταιαῖσιν. vid. supra. G.

[Τὸ τῶν ἡμῶν ὄντων] Steph. corrigi: τοιούτων ἡμῶν ὄντων, deinde ἔχόντων, et pro ὡς, ὡσαύτως.] G.

[Τῶν Λακεδαιμονίων μὴ ὄντων] Abresch. in Diluc. p. 153. intelligit, seu scriptum esset: τῶν Λακεδαιμονίων μὴ ὄντων ἀντιπάλων ἡμῶν. Scholiaes h. l. vt et insequenti Scholio haec transtulit ad Lacedaemonios, cum Pericles tamen Atheniensis innuat. v. Gramm. Codd. Casel. Roitg. et Aug. post ὄντων habent: καὶ αὐτῶν ναυτικῶν ὄντων, quae, vt Ducker. coniecit, pertinent fortasse ad μετοίκων.] G.

Ἀντιπάλων] Sc. ἐκεῖνοις. G.

[Αὐτῶν τε καὶ —] E Cass. et Aug. addidi τε pro: αὐτῶν καὶ τῶν μετοίκων.] G.

[ξένης τῶν ναυτῶν] Ita recepi ex Aug. pro αὐτῶν. Coniecerat iam ita Stephanus.] G.

ipforum agrum nauigemus, et (qua re pollemus) nauibus illos vlciscamur. Nam ex vsu rerum nauticarum plus peritiae ad proelia terrestria habemus, quam illi ex vsu militiae terrestris ad pugnas nauales. Rerum vero maritimarum scientiam non facile poterunt adipisci. Nam ne vos quidem, quamuis his operam statim a bello Medico *ad hoc usque tempus* studiose dederitis, perfecte adhuc estis adepti. Quonam igitur modo homines, qui agriculturae, non autem rebus maritimis dant operam, praeterea quos ne in hoc quidem studio se exercere sinemus, propter assiduas nostrae classis incurfiones facinus aliquod dignum edent? Nam aduersus quidem paucas naues, quae incurfiones *in eos* facient, periculum fortasse subeant, multitudine suam imperitiam audacius confirmantes: sed, si multis prohibeantur, quiescent. Et, quia se in his non exercebunt, erunt imperitiores, et hac ipsa de causa cunctantiores etiam erunt. At rerum nauticarum peritia, est artis, vt aliarum rerum scientia: nec subcisiuis operis et remissa exercitatione obiter disci potest: imo vere nullius alius rei studium ad eam accedere oportet, *quod ab assidua eius meditatione nos auertat.*

143. „Quod si pecunias, quae sunt Olympiae aut Delphis, suo loco moueant, et, *his vsi*, maiore mercede nautas peregrinos a nobis conductos subtrahere conentur; hoc *professio* graue esset, si nos, cum iniquilinis *nostris* naues ascendentes, ipsis resistere non possemus. Iam vero cum hoc nobis adest, tum etiam, (quod est praecipuum,) nauium gubernatores ex *nostris* ciuibus habemus, et alios ministros, et plures, et peritiores, quam reliqua omnis Graecia. Nec vero ob impendens periculum quisquam externorum militum in animum induxerit, et a patria *sua* exfulare, et cum minore simul *salutis ac victoriae* spe propter maius paucorum dierum stipendium, quod ipsis dabitur, illos in bello gerendo iuuare. Ac res quidem Peloponnesiorum tales, *et saltem his* similes esse videntur: at nostrae,

Ἀπὸ τῶν Μηδικῶν] ἀλλὰ δηλονότι καὶ πρὸ τῶν Μηδικῶν. Καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι] ἐντὶ τῷ, ἐν τῷ μὴ μελετῶν. Τέχνης ἐστὶν] ἐπιτήδευμα, ἢ πρᾶγμα. Ἐκεῖναι] τῆ ναυτικῆ. Μισθῶ μείζονι] τῆτο φησὶν, ὅτι ἔ δεινόν, εἰ Λακεδαιμόνιοι μισθῶ μείζονι ἀπὸ τῶν Ὀλυμπιάσειν ἢ Δεαφοῖς χρημάτων πειρῶντο ὑποκλέπτειν τὰς ἡμετέρας συμμάχους. τάναντιον γὰρ ἂν ἦν δεινόν, εἰ πρὸς ἄλλους μετὰ τῶν ἡμετέρων μετοίκων εἰσβάλλον, μὴ ὄντων ἡμῶν ἀντιπάλων. βύλεται δὲ διὰ τούτων δείξει, ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι μετ' ἡμῶν μὲν ἢ μετὰ τῶν ἡμετέρων συμμάχων ἰσχυροὶ εἰσι, καὶ δεινὸν ἔνθα εἰσβάλλοιεν μόνει δὲ αὐτοὶ μετὰ τῶν ἰδίων συμμάχων, ἄδύνατοι, μὴτε ναυτικὸν ἔχοντες, μὴτε πολέμων ἐμπειρίαν. νῦν δὲ τῆτο ἡμῶν ὄντων, ἦσαν ἀντιπάλων, οἷον κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας, καὶ τὴν ναυτικὴν ἐμπειρίαν, ὡς δὲ καὶ πολεμικὴν, ἔ δεινόν, εἰ Λακεδαιμόνιοι κατ' ἡμῶν ἦκειεν. Μὴ ὄντων μὲν ἡμῶν] τῶν Λακεδαιμονίων μὴ ὄντων. Δεινὸν ἂν ἦν] εἰ ἦν αὐτοῖς, φησὶ, κατ' ἄλλων ὁ πόλεμος, μὴ κατ' ἡμῶν, οἱ καὶ πολίτας ἔχομεν κυβερνήτας, δεινὸν ἂν ἦν ἐκείνοις τὸ τῆς Λακεδαιμονίας λαβεῖν τὰς ἡμετέρας συμμάχους· νῦν δὲ, κατ' ἡμῶν ὄντος αὐτοῖς τὸ πολέμει, καὶ εἶναι ἡμῶν τῆτο δεινόν. τὸ δὲ, εἰσβάντων αὐτῶν τε καὶ τῶν μετοίκων, περὶ Λακεδαιμονίων λέγει, ὅτι ἐμελλον δεινοὶ εἶναι ἐκείνοις, εἰσβάντες κατ' αὐτῶν, μετὰ τῶν ἡμετέρων μετοίκων. ἕς ὑποκλέπτασιν ἐξ ἡμῶν. ἄλλοι δὲ οὕτω φασὶν, ὅτι δεινὸν ἡμῶν ἐμελλεν εἶναι τῆτο, ὑποκλέπτειν τὰς παρ' ἡμῶν ξένας τῶν ναυτῶν, εἰ μὴ ἰκανοὶ ἦμεν ἡμεῖς καὶ εἰ μέτοικοι ἐλθεῖν κατ' αὐτῶν, καὶ ἐκτὸς τῶν ξένων. νῦν δὲ ἕκ εἶναι ἡμῶν τῆτο δεινόν, ἐπειδὴ ἰκανοὶ ἔσμεν καὶ χωρὶς τῶν ξένων ἐλθεῖν κατ' αὐτῶν μετὰ τῶν μετοίκων ἡμῶν. τῆτεςιν. Ἰώνων. Νῦν δὲ τὸδε τε] τὸ ἀντιπάλους ἡμᾶς αὐτὰς μετὰ τῶν μετοίκων εἶναι αὐτοῖς. Οὐδεὶς ἂν δέξαιτο] ἔδεις ἂν, φησὶ, θελήσειε ξένος, τὴν πατρίδα φεύγειν, καὶ μετὰ τῶν ἀσθενέστερων, τῆτεςι Λακεδαιμονίων, ἀγωνίζεσθαι διὰ μισθὸν ὀλιγήμερον. τὸ δὲ τὴν πατρίδα φεύγειν, δηλοῖ, ὅτι σύμμαχοι καὶ ὀνήκοοι εἰσιν αὐτῶν. καὶ ἄλλον, ὅτι, ἐὰν τῆς Λακεδαιμονίας διὰ μείζονα μισθὸν προσχωρήσῃσι; διαχθῆσονται ὑπὸ τῶν ἁπλῶν ἕκαστος βικζομένων πολιορκημένων ὑπὸ Ἀθηναίων διὰ τὴν ἀπόστασιν τῶν ναυτῶν. Τὴν τε αὐτῶ φεύγειν] κατοικίαν. Τῆς

[Μετὰ τῶν μετοίκων ἡμῶν] In Aug. est μετ' αὐτῶν. Abreschlii in Diluc. p. 153. reparari vult τὸ ἡμῶν a superioribus, et nouum Scholion constituit. Ἡμῶν] τῆτεςι Ἰώνων. Ita Scholiasten intelligere emphaticè: Nos, qui Ionnes impares sumus Dorienfibus. Hos nempe folet inter se opponere in concionibus. v. supra c. 124. V, 9. VI, 77. 82. VII, 5.] G. Nῦν δὲ τὸδε τε ὑπάρχει] Sc. τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀντιπάλους, vt nos iis sine sociorum auxilio paves fimus. GOTTL.

Τὴν ἄλλην ὑπερεστίαν] Et reliquos socios nauales. Mox pro πᾶσα recepi ἄτασα. Plus valet ἄπας quam πᾶς, et proprie est, citra exceptionem omnis. Abresch. Auclt. 263. citabat Plat. Tim. p. 531. ἴσα τὸ πᾶν ὄντως ἄπικ ἦ. G.

Πᾶσα] Ἄπασα Ar. C. quomodo saepissime alibi. Hippocrates, Herodotus passim, et sic forte apud eum ex Ms. A legendum III, 14. Plato, D. Halic. 2, hic ἀθροιστικῶν, significationem intendit. wass.

[Θελήσειε ξένος] Ita ex Aug. recepi pro θελήσειε. In quo deest quoque φησὶ. Sed adscriptum est hoc Schol. ad verba: οὐ γὰρ ἦσουχάσσοι.] G.

[Κατοικίαν] Steph. subint. ποτιος πατρίδα. In Aug. defunt Schol. ad Οὐδεὶς ἂν δέξαιτο et Τὴν τε αὐτῶ φεύγειν. In cod. Bas. paulo ante, pro ναυτῶν, est αὐτῶν. Male.] G.

Τοιαῦτα καὶ παραπλήσια] Supra c. 140. ὁμοίως καὶ παραπλήσια. Mox in τοικίαν suppl. δεκαῖ. G.

εἶναι τὰ δὲ ἡμέτερα, τῶν τε ὄντων ἐκείνοις ἐμεμφάμεν, ἀπηλλάχθαι, καὶ ἄλλα ἐκ ἀπὸ τῆ ἰσθμὸς  
 μέγала ἔχειν. ἢ τ' ἐπὶ τὴν χώραν ἡμῶν πεζῆ ἴωσιν, ἡμεῖς ἐπὶ τὴν ἐκείνων πλευσάμεθα. καὶ ἐπέτι  
 ἐκ τῆ ὁμοίᾳ ἔσαι, Πελοποννήσου τε μέρος ἢ τὴν τριηθῆναι, καὶ τὴν Ἀττικὴν ἀπασαι. οἱ μὲν γὰρ ἔχ  
 ἔξουσι ἄλλην ἀντιλαβεῖν ἀμωχεῖ ἡμῶν δὲ ἐστὶ γῆ πολλή, καὶ ἐν ἡῖσιν, καὶ κατ' ἡπειρον. μέγα γὰρ  
 τὸ τῆς θαλάσσης κέρτος. σπεύσαθε δὲ εἰ γὰρ ἡμεῖς νησιῶται, τίνες ἀν ἀληπτότεροι ἦσαν; καὶ  
 νῦν χρῆ ὅτι ἐγγύτατα τῆς διανοηθέντας, τὴν μὲν γῆν καὶ οἰκίαν ἀφῆναι, τῆς δὲ θαλάσσης καὶ πόλεως  
 φυλακὴν ἔχειν, καὶ Πελοποννησίαις, ὑπὲρ αὐτῶν ὀργισθέντας, πολλῶ πλείοσι μὴ διαμάχεσθαι.  
 (κρατήσαντες τε γὰρ, αὐθὶς ἐν ἐλάσσοσι μαχόμεθα, καὶ ἢν σφαλαῖμεν, τὰ τῶν ξυμμάχων, ἔθεν  
 ἰσχύομεν, προσάπλυνται. ἔ γὰρ ἡσυχάσοσι μὴ ἰκανῶν ἡμῶν ὄντων ἐπ' αὐτὸς στρατεύειν.) τὴν τε  
 ὀλόφουρον μὴ οἰκίαν καὶ γῆς ποιῆσθαι, ἀλλὰ τῶν σωμάτων ἔ γὰρ τάδε τὰς ἀνδρας, ἀλλ' οἱ ἀνδρας  
 ταῦτα κτῶνται. καὶ εἰ ὦμιν πείσειν, ὑμᾶς αὐτὸς ἀν ἐξελθόντας ἐκέλευον αὐτὰ δηῶσαι, καὶ  
 δεῖξαι Πελοποννησίαις, ὅτι τῶν γε ἐνεκα ἔχ ὑπακύνσεσθε.

ρμδ. „Πολλά δὲ καὶ ἄλλα ἔχω ἐς ἐλπίδα τῆ περιέσεσθαι, ἢν ἐθέλητε ἀρχὴν τε μὴ ἐπιταῦσθαι  
 ἅμα πολεμῶντες, καὶ κινδύνους αὐθαιρέτως μὴ προσίθεσθαι. μᾶλλον γὰρ πεφόβημαι τὰς οἰκίας  
 ἡμῶν ἀμαρτίας, ἢ τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν καὶ ἐν ἄλλω λόγῳ ἅμα τοῖς ἔργοις  
 δηλωθήσεται νῦν δὲ τῶν ἀποκρινάμενοι, ἀποπέμφωμεν, Μεγαρέας μὲν ὅτι εἴσομεν ἀγορᾶ καὶ  
 λιμῶσι χρῆσθαι, ἢ καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι, ἢ μῆτε ἡμῶν, μῆτε τῶν ἡμετέρων ξυμ-

g Ἦν παρ' ἐκείνοις Gr. Particula παρ' deest in Ar. C. et vncis includitur in Ed. Stepb. puto, quod in eius Exemplaribus non exlatet.  
 παρ' abest etiam a Reg. Cass. Bas. Dan. Aug. b τὴν deest Ar. C. Ἦν τε ἐπὶ τὴν χώραν Dan. i πεζοὶ Ar. C. Cl. k το deest Reg.  
 Cass. Aug. l τὴ non habet Dan. m θαλάττης Ar. C. Gr. Dan. n εἰ μὲν γὰρ Cl. Cass. Aug. o Πελοποννησίαις C. Alb. Bas. Gr.  
 et a prima manu Cass., in quo corrector abrasit partem litterae u deinde fecerat Πελοποννησίαις. In Aug. Πελοποννησίαις. p ὀργισθέντες Cl.  
 in marg. q πλείοσι Dan. r τε om. Cl. Gr. s Μὴ ἰκανῶν ὄντων ἡμῶν Ar. Mὴ ἔχ ἰκανῶν Cl. t τὴν τε γὰρ ὀλοφ. Reg. u τὰδε  
 κληῖνται Ar. C. Dan. Mosqu. x Non male fortasse et ita interpungeretur, καὶ εἰ ὦμιν πείσειν ὑμᾶς, αὐτὸς ἀν ἐξελθόντας etc. Stepb.  
 πείσειν ὑμᾶς αὐτὸς ἐξελθ. Gr. In Aug. quoque nulla interpunctio post πείσειν. y αὐτὸν Ar. Mosqu. z ἄλλὰ ἐκεῖνα Gr. a Scribi  
 etiam possit τῆς, vt referatur ad ἀποπέμφωμεν alioqui cum hoc verbo subaudiendus hic accusatiuus fuerit. Stepb. b χρῆσθαι  
 Ar. C. Dan. Paullo ante ἀγορᾶς Gr. c Μῆτε ἡμῶν defunt, Cass. manus recent. in marg. scripsit.

[ὄντων ἐκείνοις] Deleui παρ', quod vncinis inclusum vulgo  
 ante ἐκείνοις legebatur, sed abest ab optimis codd. A  
 vicino ὄντων videtur παρ' ortum. Abresch. in Auct. p. 262.  
 genio linguae quidem non aduersari credit, si dicatur τῶν  
 ἐμεμφάμεν ἐν αὐτ παρὰ σοι nullum tamen exemplum huius  
 duritiae protulit. Ceterum ὄντων non ab ἐμεμφάμεν, sed a  
 τῶν pendet; alioquin dicturus erat Thucydides ἄπερ —  
 GOTTL.

[Ὦν — ἐκείνοις ἐμεμφ.] Si ἐκείνοις ad ἐμεμφάμεν pertinet:  
 tamen erit pro παρ' αὐτοῖς, ἐν αὐτοῖς, scil. εἶναι. BAYER.

[πεζοὶ] Quidam πεζοί. Sed Noster numquam ita loquitur.  
 WASS.

[Ὀλοφ. ἢ Ἀττικῆ] In Rostg. ἢπερ ἔλυν Ἀττικῆν. Duckerus  
 bene monet, sensum verborum Thucydidi postulare, vt  
 scribatur: ἢπερ ἔλυν τῆς Ἀττικῆς, sc. δημοκρατίας, sc. βλαβηροῦ  
 μεθα. Ratio, quam adiungit Scholiastes, menti Thucydidi  
 non congruit. Abreschius vulgatam Scholiastae tuetur sic,  
 modo repetatur e superioribus βλαβήσεται (τριηθῆσαι siue  
 δημοκρατία). Itaque retinetur.] G.

[Θαλάττης] Nonnulli θαλάττης. Ita vix Noster, neque  
 Tragicis veteres. wass. Vid. supr. pag. 89. DVCK.

[τὸ τῆς θαλάσσης] Hoc Schol. cohaeret cum sequenti.] G.

[Οἱ Λακεδαιμόνιοι] Grammius colligit Scholiasten et Step-  
 phanum, qui putarunt, τῶ ἡσυχάσοσι Lacedaemonios indi-  
 cari. De συμμάχοις hoc pronuntiat Pericles. In Aug. de-  
 sunt Scholia ad verba κρατήσαντες τε γὰρ αὐθὶς: ἡσυχάσοσι  
 οὐ γὰρ τάδε. Οὐχ ὑπακύνσεσθε. Διανοίας et ἄλλ' ἐκεῖνα μὲν.] G.

[Μὴ ἰκανῶν] Μὴ ἔχ ἰκανῶν Cl. eleganter. vid. 6, 14. 43. 13.  
 WASS.

[Ὀλόφουρον] Huc fortassis pertinet, quod adnotat Dionys.  
 Halicarn. περὶ τῶν ἑσπερῶν ἰδιωμάτων p. 134. Thucydidem  
 pro verbis nomina ponere, vt ὀλόφουρον pro ἀπολοφύρασθαι.  
 DVCK.

[Ὀλόφουρον — ποιῆσθαι] Duckerus notat, Dionys. περὶ τῶν  
 ἑσπερῶν p. 796. intendere hunc locum; sed Abreschius  
 videtur spectare Dionysium ad L. II. 51. Equidem cum  
 Duckero facio. Dionysius tradit l. c. Thucydidem τὸ ὀλο-  
 φύρασθαι ὀνομαστικῶς ἰσχυματικῶς, i. e. verbum in nomen  
 commutasse, vel nomine expressisse, n. per ὀλόφουρον ποιῆ-  
 σθαι, quod idem est ac ὀλοφύρασθαι, vt pro σπεύδειν dicitur,  
 σπεύδην ποιῆσθαι. G.

[Χρῆ δηλονότι] Defunt h. v. in Aug. vt et art. τὸν.] G.

[Πείσειν ὑμᾶς αὐτὸς] Quidam codd. nullam habent inter-  
 punctionem post πείσειν, non male, vt Stephanus quoque  
 putauit. G.

[Ἦν ἐθέλητε ἀρχὴν μὴ ἐπιταῦσθαι] Docto anonymo in Flor.  
 Vinar. videbatur delenda negatio. G.

[καὶ κινδύνους — προσίθεσθαι] periculisque vos vltro obicere.  
 Homerus hoc effert: κεφαλὰς παρατίθεσθαι, Odyss. B. 237.  
 Virgil. Aen. II, 757. caput obiectare periculis. Interpres la-  
 tinus parum accurate: et pericula voluntaria addere, moliris:  
 quod est προσίθεσθαι, vt scite notat Heilmannus, qui vertit:  
 und euch nicht eigenwilligerweise Kämpfe zwischen' wolleit.

cum vitis illis, quae in ipsis reprehendi, carere, tum etiam alia *commoda* longe maiora habere videntur. Quod si pedestribus copiis nostrum agrum inuaserint, nos *vicissim* in illorum agrum incursiones classe faciemus. Hic vero iactura non erit aequalis, si Peloponnesi aliqua pars *a nobis*, et tota Attica *ab illis* vastetur. Illi enim nullum alium agrum habebunt, quem alterius, *qui vastatus fuerit*, loco sine proelio occupent. Nobis vero et in insulis et in continente amplius est ager. Magna enim res est maris imperium. Considerate autem *id, quod dico*: si enim insulas incoleremus, quinam minus essent expugnabiles? Nunc autem oportet nos, quam proxime ad istam cogitationem accedentes, agrum quidem ac aedificia missa facere, at mare, urbemque praesidiis tueri, neque ipsorum causa, *si vastentur*, iratos, cum Peloponnesiis, qui sunt longe plures, proelio dimicare. (Nam si *eos* vincamus, rursus cum non inferiore numero confligemus; et, si quam cladem accipiamus, sociorum quoque auxilia, unde nostrum robur pendet, praeterea *nobis* perierint: nec enim quiescent, *nec in officio fideque permanent*, si nos bellum ipsis inferre nequeamus:) nec villas, et agros, sed hominum corpora deplorare oportet: non enim res istae viros, at viri res istas parant, *et possident*. Et si existimarem, me *vobis hoc* persuasurum, suaderem, ut vos ipsi ex urbe exeuntes has res vastaretis, et Peloponnesiis demonstraretis, vos harum rerum causa imperata non facturos.

144. „Quamquam et alia multa praeterea habeo, quae mihi magnam victoriae spem afferunt, si modo vno eodemque tempore vestrum imperium propagare, dum bellum geretis, et pericula voluntaria *periculis necessariis* addere nolitis: nam domestica nostrorum civium peccata magis metuo, quam aduersariorum consilia. Verum quatenam illa sint, planum fiet etiam alias, dum bellum ipsum geretur. Iam vero *Legatos* istos cum hoc responso dimittamus: Nos Megarensibus quidem esse permissuros usum mercatum, et portuum; si ipsi Lacedaemonii nobis, sociisque nostris, qui sumus peregrini,

ἡσσονος] ἡσσονες γὰρ τὰ θαλάττια οἱ Λάκωνες. Καὶ ἐνέτι ἐκ τῶ ἐμοῦ ἐστὶ] πλέον, φησὶ, βλαβήσονται, μέρος τῆς Πελοποννήσου δηλωθέντος, ἢ τερ ἂν ἢ Ἀττικῇ, κατὰ πολλὰ γὰρ μείζων ἢ Πελοπόννησος. Τὸ τῆς θαλάσσης κράτος] ὅπερ ἔχομεν δηλονότι. Εἰ γὰρ ἦμεν νησιῶται] δηλονότι ἡμεῖς. Ἐ γὰρ ἔχουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι νῆες. κρη οὖν ἠγγίασθαι ἡμῶς νησιώτας, καὶ ὡς νῆσον τὴν πόλιν εἰκείν, τῶν ἀγγρῶν μὴ φροντίζοντας. Καὶ οἰκίας] τὰς ἐν τοῖς προαγείοις. Κρητισαντές τε γὰρ αὐθιγ] εἰς τὸ μέλλον. Πισυχάσσαν] οἱ Λακεδαιμόνιοι. Τὴν τε ἐλόφουρτι] κρη δηλονότι, τὸν θρηῖνον, τὴν λύπην. Ἄλλα τῶν σωμάτων] τῶν ἀνδρῶν. Οὐ γὰρ τὰδε] τὰ κτήματα. Οὐχ ὑπακίσεσθαι] οὐχ ὑπειξάτε. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα] ἀνίσταται Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν, ἧς ἐπιθύμεν κρητῆσαι. Διανοίας] ἐπιβουλὰς. Ἄλλ' ἐκείνα μὲν] τὰ περὶ Σικελίαν. Ἦν καὶ Λακεδαιμόνιοι] ἀδύνατον αὐτοῖς ἀντιθῆκεν,

cf. L. I. 78. οἰκίον πόνον πρόσθησε. Προσθεσθαι est ad-  
fiscere. cf. Abrefsch. Diluc. L. II. 36. p. 191. GOTTL.

Τάτοις ἀποκρινόμενοι] *Hudfonus* ad particulam anotationis *Stephani* in *Var. Lect.* transscriptam in *Notis* haec eiusdem addidit: Alius certe ita verba collocasset, νῦν δὲ τότες ἀποπέμφωμεν; ἀποκρινόμενοι, Μεγαρέας μὲν etc. Sed nostrum hunc Scriptorem eodem dixisse modo videmus in iis, quae concioni *Archidami* proxime subiungit pag. 91. Τοσόνδε εἰπὼν ἐπορεύετο, ὅτι ἦδε ἢ ἡμέρα etc. ab alio enim hic itidem aliter collocata verba fuissent: hoc videlicet modo, ἐπορεύετο, τοσόνδε εἰπὼν, ἔτι ἦδε ἢ ἡμ. *STEPH.*

Μεγαρέας μὲν ὅτι — ] Prop. ὅτι ἐάσομεν τῶς Μεγαρέας κρησθαι etc. Traiectionem τῶ ὅτι notarunt iam *Stephanus* et *Abrefsch.* Diluc. p. 154. qui exempla collegit praefertim in dictione εἰ οὐδ' ὅτι. G.

Μεγαρέας μὲν. Recte et oratoric praemisit hunc accusativum, quia praecipua causa haec erat, de qua ageretur; quasi

fit: quod (primam controuersiam) attinet de Megarensibus. *BAVER.*

[Ἦν καὶ Λακεδαιμόνιοι] Inferui hoc Scholion e *Cass.* et *Aug.] G.*

Ξενηλασίας] De *Ξενηλασία* Lacedaemoniorum multa congesterunt *Meurf.* II. Miscellan. Laconic. 9. et *Crag.* de Republ. Lacedaem. III, 3. Sed hic parum recte ex hoc loco *Thucydidis* scribit, Periclem mittendos censuisse legatos ad Lacedaemonios, petituros inter alia, ne Atheniensibus, sociisque, ac peregrinis aliis vsu suae urbis interdicerent. Locus *Dionys. Halic.* ad p. 146, 1. a *Stephano* indicatus est d. pag. 134. De vsu actiuorum pro passiuis *Stephan.* Animaduerti ad *Ioann. Grammatic.* de Dialectis artic. XXXI. *ДУСК.*

Ξενηλασίας] Praeter ea, quae *Duckerus* monuit, huc faciunt *Xenoph.* de Rep. Lac. 14. p. 48. *Zeun.* Plut. in Lyc. 27. p. 223. it. in *Instit. Lac.* T. VI. p. 88. *Wessel.* ad *Perit. legg. Att.* p. 678. *Schol.* ad *Thuc.* I, 77. *Cic. Off.* III, 11. G.

μάχων. ἔτε γὰρ ἐκεῖνο <sup>d</sup> κωλύει ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἔτε τόδε. <sup>e</sup> τὰς δὲ πόλεις ὅτι αὐτονόμους ἀφίσομεν, <sup>f</sup> εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐσπεισάμεθα, καὶ ὅταν κηκεῖνοι <sup>g</sup> ταῖς ἑαυτῶν ἀποδοῶσι πόλεσι, μὴ σφίσι (τοῖς Λακεδαιμονίοις) ἐπιτηδεῖας αὐτονομεῖσθαι, <sup>h</sup> ἀλλὰ αὐτοῖς ἐκάστοις, ὡς βέλονται. δίκας δὲ ὅτι ἐθέλομεν <sup>i</sup> δῆνα κατὰ τὰς ξυνθήκας. πολέμους δὲ ἐκ ἀρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνόμεθα. ταῦτα γὰρ δίκαια καὶ πρέποντα ἅμα τῆδε τῇ πόλει ἀποκρίνασθαι. εἰδέναι δὲ χρῆ, ὅτι ἀνάγκη πολεμεῖν ἦν δὲ ἐκείνοι μᾶλλον δεχάμεθα, ἥσσαν <sup>k</sup> ἐγκυλισομένους τὰς ἐναντίας ἔξομεν. ἐκ τε τῶν μεγίστων κινδύνων ὅτι καὶ πόλει καὶ ἰδιωτῇ μέγιστα τιμὰ <sup>l</sup> περιγίγνονται. οἱ γὰρ πατέρες ἡμῶν, ὑποσάντες Μήδους, καὶ ἐκ ἀπὸ τοσῶνδε ὀρμώμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπάρχοντα <sup>m</sup> ἐκλείποντες, γνώμη τε <sup>n</sup> πλείονη ἢ τύχη, καὶ τόλμη <sup>o</sup> μείζονη ἢ δυνάμει, τὸν τε βάρβαρον ἀπέσσαντο, καὶ ἐς τὰδε προήγαγον αὐτά. ὧν ἔ χρῆ λείπεσθαι, ἀλλὰ τὰς τε ἐχθρὰς <sup>p</sup> παντὶ τρόπῳ ἀμύνεσθαι, καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις πειραῖσθαι αὐτὰ μὴ ἐλάσσω παραδέναι.

ρμδ. Ο μὲν Περικλῆς τοιαῦτα εἶπεν. <sup>q</sup> οἱ δ' Ἀθηναῖοι, νομίσαντες ἄριστα σφίσι παραινεῖν αὐτὸν, ἐψηφίσαντο ἃ ἐκέλευε. καὶ τοῖς <sup>r</sup> τε Λακεδαιμονίοις ἀπεκρίναντο, τῇ ἐκείνους γνώμῃ, <sup>s</sup> καθ' ἑκάσταν ὡς ἔφρασε, καὶ τὸ ξύμπαν, ἑδὲν κελευόμενοι ποιήσιν, δίκη δὲ κατὰ <sup>t</sup> τὰς ξυνθήκας ἔτοιμοι εἶναι διαλύεσθαι περὶ τῶν ἐγκλημάτων, ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ. καὶ οἱ μὲν ἀπεχώρησαν <sup>v</sup> ἐπ' οἴκῃ, καὶ ἐκέτι ὑπερον ἐπρεσβεύοντο.

ρμς. Αἰτίαι <sup>x</sup> δὲ αὐταὶ καὶ διαφοραὶ ἐγένοντο ἀμφοτέροις πρὸ τῆς πολέμου, ἀρξάμεναι εὐθύς ἀπὸ τῶν ἐν Ἐπιδάμνῳ καὶ Κερκύρα· ἐπεμίνυντο <sup>y</sup> δὲ ὅμως ἐν αὐταῖς, καὶ παρ' ἀλλήλους ἐφοίτων, ἀκηρύκτως μὲν, ἀνυπόπτως δὲ οὐ. σπονδῶν γὰρ ξύγχυσις τὰ γιγνόμενα ἦν, καὶ πρόφασις τῆς πολεμεῖν.

<sup>d</sup> κωλύειν Ar. C. Kωλύει legit Dion. Halic. sed non adiciens voculam ἐ. vult autem κωλύει pro κωλύει dictum esse. Steph. <sup>e</sup> τὰς τε πόλεις Reg. Cass. Gr. Bas. Aug. <sup>f</sup> εἰ δὲ καὶ Dan. Mox in Mosqu. pro ἀποδοῶσι, est ἐπιδοῶσι, sed in marg. est ἀποδοῶσι. <sup>g</sup> ταῖς ἀπὸ τῶν Cl. Gr. Reg. Cass. In Aug. paullo ante ἔτ' ἐν, it. αὐτῶν. <sup>h</sup> ἀλλ' αὐτοῖς Ar. C. Dan. <sup>i</sup> ἀποδέναι Marg. <sup>k</sup> ἐγκυλισομένους, et alia manu supra emendatum μένους Dan. <sup>l</sup> Περιγίγνονται Ar. C. Gr. <sup>m</sup> ἐκλείποντες Marg. Ar. C. Cl. Gr. Reg. Cass. Dan. Aug. et in Mosqu. <sup>n</sup> πλείονη Ar. C. In ed. Bas. γνώμη δὲ, in cod. Bas. τῆ. In cod. Mosqu. quoque πλείονη. <sup>o</sup> μείζονη Ar. ἢ δυνάμει desiderantur in Gr. manus alia deinde inter τόλμη et μείζονη adscriptit. <sup>p</sup> Τρόπῳ παντὶ Ar. C. Dan. <sup>q</sup> οἱ δὲ Ἀθην. Reg. Cass. Gr. Aug. <sup>r</sup> τε deest Ar. C. om. etiam Cl. vt et in fin. vers. abest quoque hic a Dan. et Gr. <sup>s</sup> καθ' ἑκάσταν Ar. C. Ald. Flor. Bas. Cass. <sup>t</sup> τὰς deest Gr. <sup>v</sup> ἐπ' οἴκῃ pro ἐπ' οἴκῃ Attica constructione, quae Thucydidi familiaris: de qua vide Stephani Appendicem ad scripta de Dial. Att. p. 123. <sup>x</sup> δὲ malit Steph. quod haec conclusioni apta videatur, et ab ipso etiam Thucydide alicubi huic rei adhibeatur. <sup>y</sup> δ' ἴμοι et mox ἀνυπόπτως δ' ἔ. Gr.

Ὅτε γὰρ κωλύει —] Pro κωλύεται, vt notat Dionys. Epist. II. ad Amm. p. 97. apud quem praepositio ἐν deest. Itaque non opus est correctione Reiskii in anim. p. 17. legendis: κωλύεσθαι ἐν ταῖς σπονδαῖς, aut κωλύειν τὰς σπονδὰς. Locus Dionysii probat, hanc lectionem esse antiquissimam et probam. Abresch. in auctar. p. 263. resoluit κωλύει, per κώλυμα, l. ἰμπόδιον ἐν ταῖς aut ἐν σπονδαῖς, nihil obstat, impedit, obest foederibus. Scribere quoque Nostrum: οὔτε ἐκεῖνο κωλύει πρὸς τὰς σπονδὰς, i. e. πρὸς τὸ εἶναι τὰς σπονδὰς, quo minus sint foedera. GOTTL.

[Τόδε] τὸ ξυνήκατον. Ita e Cass. correxi. Antea τὸ ξυνήκατον addebatur verbis τὸ περὶ Μεγ. ψήφισμα.] G.

τοῖς Λακεδαιμονίοις] In cod. Aug. ad h. l. notatum ἀρχαρχικῶς. v. L. III. 126. Schol. Bas. τὸ Λακεδαιμονίοις infisitum habet e margine. Sed mora est coniectura, quae nulla codd. auctoritate iustificatur. Sed delet Valk. ad Herod. V, 424. GOTTL.

Ἀρχομένους] Reisk. in anim. p. 17. omittit, ἀρχοντας. G.

Sane ἀρχειν frequentius dicitur de eo, qui primus laedat; unde, ἀρχειν χειρῶν ἀδελφῶν. Sed tamen ἀρχεισθαι est, incipere; et iacpe poster, ἀρχεισθαι πολέμῳ, de inferente bellum. BAYER.

Ἐκ τε τῶν μεγίστων κινδύνων — τιμὰ περιγίγνονται] Restant,

i. e. sequuntur, excipiunt nos — Supra c. 141. paullo aliter: ἐκ τῶν κινδύνων περιγίγνεσθαι, euadere. G.

ὑποσάντες Μήδους] v. huius libri c. 89. G.

Ὅν ἀπὸ τοσῶνδε ὀρμώμενοι] Minoribus oribus, potensia onsi sunt. De forma ὀρμᾶσθαι ἀπὸ τῆ — v. Gloss. G.

Ἐκλείποντες] Hoc efficacius, quam ἐκλείποντες. WASS.

[Ἡ τέχνη] Haec lectio, quam Schol. pro τύχη habet, iudice Stephano, haud probanda. γνώμη enim opp. τύχη. In cod. Aug. Schol. ad verba Ὅτι ἀνάγκη πολεμεῖν ὑποσάντες Μήδους· γνώμη τε πλείονη ἢ τέχνη Ὡν ἔ χρῆ λείπεσθαι et ἐπιγιγνομένοις, desunt. Mox in ἐπιπλέον — Γεργίσιος, correxi pro Γεργίσιος, vt supra h. libro ad c. 2. Περισσεως autem inest in verbis: γνώμη τε πλείονη ἢ τύχη καὶ τόλμη μείζονη ἢ δυνάμει. Sed cum Stephano facio, hanc περισσεως non esse quaesitam. Post ἐπιπλέον, τῶν ἄλλων supplet idem Stephanus, idemque est ac: ἐπιπλέον ἢ ἐν ἄλλοις χωρίοις.] G.

[Παισὶν ἡμῶν] Immo vero, Stephanus ait, non solum παισὶν ἡμῶν, sed etiam παιδῶν παισίν.] G.

[τῆ ἰσῃ καὶ ὁμοίᾳ] Hoc Schol. deest in Aug., vt et Schol. ad καὶ οἱ μὲν.] G.

τὸ ξύμπαν] In Aug. cod. explicatur: τὸ κεφάλαιον. G.

Ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ] Supra c. 27. ἐκέρυσσον, ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βυλάμενον ἴση. It. V. 79. Supra ad c. 27. πολὺ-



suae ciuitatis vsum permittant: nam neque illud, neque hoc in foederibus prohibetur. Praeterea nos etiam permiffuros, vt *Graecae* ciuitates liberae, suisque legibus viuant; si modo liberar, suisque legibus viuentes *tunc* habebamus, quum foedus est initum: et si ipsi quoque ciuitatibus, quas in sua ditione habent, *pristinam libertatem* reddant, ita vt in suis rebuspublicis administrandis ad ipsorum Lacedaemoniorum mores ac instituta sese accommodare non cogantur; sed suo quaeque arbitratu viuant. Dicamus etiam, nos ex foederum pactis ad iudicium subeundum paratos esse: nec belli initium nos facturos, at ab ipsis illatum propulsuros. Haec enim responsa sunt simul et iusta et ex dignitate huius Reipublicae. Sciendum autem est, bellum necessario gerendum esse; quod si nostra sponte potius, *quam necessitate compulsi*, bellum suscipiamus, aduersarios minus infestos habebimus; sciendum etiam, ex maximis periculis cum ad Rempublicam, tum etiam ad homines priuatos, maximos honores redundare. Itaque maiores nostri, quum Medos sustinuerunt; quamuis a tantis nequaquam initiis orsi et progressi sunt, sed etiam res, quas possidebant, reliquerunt, *tamen* consilio potius, quam fortunae opibus, et confidentia maiore, quam potentia, cum ipsum barbarum repulerunt, tum etiam imperium ad tantam amplitudinem prouexerunt. A quibus degenerare non debemus: sed hostes omni ratione vlscisci; operamque dare, vt hoc *imperium* non diminutum posteris tradamus.

145. Atque Pericles quidem haec dixit. Athenienses vero, quod sibi consilium optimum ab illo dari censuissent, in ipsius sententiam decretum fecerunt; et de illius consilio Lacedaemoniis responderunt, cum singulatim, vt ille monuerat, tum etiam generatim, se nihil ipsorum iussu facturos: sed se ex foederum pactis ad iudicium subeundum, et in eo de controuersis pari iure, parique conditione disceptandum paratos esse. Atque illi quidem domum redierunt, nec vllam legationem amplius postea miserunt.

146. Hae igitur querelae et discordiae inter vtrosque ante hoc bellum exstiterunt, statim ex rebus ad Epidamnum et Corcyram gestis ortae. Veruntamen dum hae *discordiae* inter illos adhuc essent, commercia inter se habebant, et alteri ad alteros ibant sine caduceatore quidem, sed non etiam sine suspicione. Nam ea, quae fiebant, erant foederum perturbatio, et belli materia.

ἔπερ ἐκεῖνοι ποιεῖν ἐκ ἠνέσχοντο. Οὐτε γὰρ ἐκεῖνο] τὸ περὶ Μεγαρέων ψήφισμα. Τότε] τὸ ξηνηλατεῖν. Τοῖς Λακεδαιμονίοις] οἶμαι τὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀμάρτημα τῆ γραφείως, ἐνθέντος τῆ κειμένω, ὅπερ ἦν ἐρμηνεῖα τῆ σφίσι, ἕξωθέν τιμι ἐπιτεθεῖσα. Ὅτι ἀνάγκη πολεμεῖν] ἡμῶς δηλονότι. Ἐκ τε τῶν μεγίστων] κατὰ κοινῆ τὸ εἰδέναι χρεῖ. Ἐπὶ πάντες Μήδης] δεξάμενοι. Καὶ ἐκ ἀπὸ τοσῶνδε] ἐκ ἀπὸ τοσαύτης παρασκευῆς, ἀλλὰ ἐλάσσονος. Γνώμη τε πλείονι, ἢ τέχνῃ] συνέσει, φρονήσει. ἐπιπλέον ἐν ταῦτα τῶν ἄλλων ἢ Γοργυλῶς ἐλήφθη παρῆσισι. καὶ ἔστιν ἐκ ἀχαρίας, διὰ τὴν ταχέαν πλοκὴν τῆ ὀνόματος. Ὡν ἢ χρεῖ λείπεσθαι] τῶν πατέρων. Ἐπιγιγνομένοις] πρῆσιν ἡμῶν δηλονότι. Τῆ ἐκεῖνος γνώμῃ] βυλλῆ. Ἐφρασε] ἠρμήνευσεν. Ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ] ἐξ ἰσοτιμίας, καὶ ἔχῃ κελευόμενοι. Καὶ οἱ μὲν] οἱ Λακεδαιμόνιοι. Ἐν αὐταῖς] ταῖς αἰτίαις καὶ διαφοραῖς. Ἀκηρύκτως μὲν] ἀνευ κηρυκείω, ὡς περὶ φίλης δῆθεν. οἱ γὰρ πρὸς ἐχθρῶς ἀπίοντες, ἀσφαλείας ἔνεκον, ὁσάντις ἠβύλοντο, μετὰ κηρυκείω ἀπῆσαν, ἢς ἀνείσιον ἠγγῆντο καὶ ἀσεβῆς κηρυγεῖν.

mus, Callim. H. in Iou. v. 63. hunc locum imitatum esse.

GOTTL.

Αἰτίαι δέ] Δὴ praefert Stephanus. Ita loquitur Dion. Halic.

WASS.

Ἐπιμίγνυντο] Suidas in ἀκηρυκτεῖ, ἐμίγνυντο. male. WASS.

Ἐπιμίγνυντο ἐν αὐταῖς] Sc. διαφοραῖς, in his discordiis re et ratione inter se coniuncti erant, negotiorum inter eos erat frequentia. cf. L. I, 2. τῆς ἐμπορίας ἐκ ὕψους, ἐδ' ἐπιμιγνύντες; ἀλλήλοισι — cf. II, 1. G.

[Ἀπῆσαν] In Aug. est ἀπῆσαν.] G.



Θ Ο Υ Κ Υ Δ Ι Δ Ο Υ  
 Ο Λ Ο Ρ Ο Υ  
 Ξ Υ Γ Γ Ρ Α Φ Η Σ Τ Ο Δ Ε Υ Τ Ε Ρ Ο Ν

THEVCYDIDIS OLORI F.  
 HISTORIAE LIBER SECVNDVS.

EPITOME LIBRI II.

*Thebani, qui noctu per prodicionem occupauerant Plataeam, ab oppidanis partim occisi, partim capti sunt. Cap. VI. Quo facto, ruptis aperte foederibus, utrimque ab Atheniensibus et Peloponnesiis summa vi bellum parari coeptum est. Cum priores Peloponnesii, duce Archidamo rege Lacedaemoniorum, Atticam inuassent: Pericles, Athenienses ad bellum sustinendum exhortatus, inter caetera reipublicae agros suos donauit, rogauitque Athenienses, si forte eos non laederet hostis, uti ob eam rem nullam de ipso conciperent suspicionem. XIII. Peloponnesii Acharnas usque populabundi peruenerunt, magna cum indignatione plebis in Periclem, exire contra hostes prohibentem. XXII. Atheniensium equites in Phrygiis fugati sunt. Ipsi cum in aciem non prodirent, Peloponnesii domum reuerterunt. XXIII. Aeginetis, ab Atheniensibus pulsus, Lacedaemonii agros dederunt. XXVII. Sol defecit. XXVIII. Athenienses societatem cum Sitalce Thraciae rege iunxerunt. XXIX. Ea hyeme exequias bello caesis fecerunt: quos Pericles princeps ciuitatis laudauit. XXXIV. Sequente anno Peloponnesii iterum Atticam ingressi, posteaquam saeuissima Athenas pestis inuasit: ipsi perpopulato omni agro domum se receperunt. XLVII. LVII. Legatos Peloponnesiorum, ad Persarum cuntes regem, Athenienses in Thracia interceptos necarunt. LXVII. Potidaeae ad haec deditio et Plataeae oppugnatio describuntur. LXX. LXXV.*

*α* Θεουδίδης Ἰσθριῶν ἐπιγραφῆς βιβλίον δεύτερον *Ar.* Titulo caret *alter Codex.* Θεουδίδης ἐπιγραφῆς τὸ δεύτερον *Cl.* Θεουδίδης β. *Vaf.* Θεουδίδης ἐπιγραφῆς δεύτερας *A. d. B. f.* Θεουδίδης ἐπιγραφῆς δεύτερας *Pler.* Θεουδίδης τὰ ὀλίγα ἐπιγραφῆς τὸ δεύτερον *Etiri reliqui in hoc Libro et seqq. Videlicet Annot.* Θεουδίδης ἐπιγραφῆς δεύτερον *Reg.* Θεουδίδης ἐπιγραφῆς β. *Aug. Cass.* Θεουδίδης ἐπιγραφῆς βιβλίον δεύτερον *Vasf.* *A Dan.* et *Gr.* abest Inscriptio.

**Α**ΡΧΕΤΑΙ δὲ ὁ πόλεμος ἐνθίνδε ἤδη Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, καὶ τῶν ἑκατέρωθεν συμμάχων (ἐν ᾧ ἔτε ἐπεμύγνοντο ἔτι ἂ ἀκρηκτεῖ παρ' ἀλλήλων, κατασάντες τε ξυνεχῶς ἐπολέμουν.) γέγραπται δὲ ἐξῆς ὡς ἕκαστα ἐγίγνετο κατὰ θέρους καὶ χειμῶνα.

β'. ἄ Τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη ἐνέμειναν ἑ αἱ τριακοντῆται σπονδαί, αἱ ἐγένοντο ἑ μετ' Εὐβοίας ἄλυσιν τῶ δὲ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει, ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἀργεῖ τότε πενήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἰερωμένης, καὶ Αἰνησίῳ ΕΦόρῳ ἐν Σπάρτῃ, καὶ Πυθοδώρῳ ἔτι δύο μῆνας Ἀρχοντος Ἀθηναίων, 8 μετὰ τὴν ἐν Ποτιδαίᾳ μάχην, μὴν ἕκτῳ, καὶ ἅμα ἦν ἀρχομένην, Θηβαίων ἄνδρες ὀλίγω πλείους τριακοσίων (ἠγῆντο δὲ αὐτῶν Βοιωταρχῶντες, ἠ Πυθάγγελός τε ὁ ἰ Φυλίδης, καὶ ἠ Διέμπερος ὁ Ονηταρίδης) ἐσῆλθον περὶ πρῶτον ὕπνον ξὺν ὅπλοις ἐς Πλαταιῶν τῆς Βοιωτίας, ἔσαν Ἀθηναίων ξυμμαχίδα. ἐπηγάγοντο δὲ καὶ ἀνέβησαν τὰς πύλας ἠ Πλαταιῶν ἠ ἄνδρες, Ναυκλειδῆς τε καὶ οἱ μετ' αὐτῶ, βεβλόμενοι, ἰδίας ἐνεκα δυνάμεως, ἄνδρας τε τῶν πολιτῶν τῆς σφίσιν ὑπεναντίας διαφθεῖραι, καὶ τὴν πόλιν Θηβαίους προσ-

δ Etiam si paruo intervallo praecedat ἀκρηκτεῖς (est enim in praecedentis libri fine) suspectum tamen nobis esse non debet hoc ἀκρηκτεῖς cum et alia auctoribus sint, quae hac quoque terminatione effecerint. Sterb. c καὶ γέγραπται ἐξῆς Ar. C. Dan. γέγραπται δ' ἐξῆς Gr. d Τέσσαρα γὰρ καὶ δέκα μὴν ἦν Ar. C. Τέσσαρα καὶ δέκα μ. ἠ Dan. e Αἱ δεεὶ Ar. C. Din. f Μετὰ Εὐβοίας Reg. Cass. Gr. Aug. Mosqu. g Μετὰ δὲ τὴν Gr. Ἀθηναίους δὲ μετὰ τὴν Bas. h Πυθάγγελος Gr. i Φυλίδης Ar. C. Cass. Aug. Φυλίδης Gr. k Διέμπερος ὁ Ονηταρίδης Ar. C., ποx εἰσῆδον in Mosqu. l Πλαταιῶν Cl. Cass. Aug. Sed a man. rec. corr. πλαταιῶν. m Vocabulum ἄνδρας non agnoscit Ar. C. Dan.

\* Αρχεται δὲ etc.] Quo anno coeptum hoc bellum, vide A. Gellium, l. 17. c. 21. et Meursium de Archont. Athen. p. 200. HVDs. Lucianus Pseudom. pag. 752. illa ἀρχεται ὁ πόλεμος ἐνθίνδε ἤδη, quasi proverbiū specie transfert ad narrandum principium belli, inter Cocconam et Alexandrum Pseudomantin compositi. DUCK.

Coeptum est geri hoc bellum, auctore Gellio, (L. XVII, 21. N. A.) anno V. C. CCCXXXIII., sub dictatore Aulo Posthumio Tuberto; de quo fit mentio apud Lij. III. 26. Olymp. LXXXVII. Archonte Pysbodoro, et Aenesia, Ephoro Spartae A. M. MMMDLXXXIII. tempore Artaxerxis Longimani et Darii Nochi. cf. Doduell. Ann. Thuc. p. 61. et quos laudavit Duck. ad c. 2. GOTTL.

Ἐν ᾧ] Recte expl. Schol. ἐξ ἠ. sign. enim verum initium belli, sin minus aperti, at turgentis et iam certi ac propediem erupturi, et tantum non moti. BAVER.

[Ἐν ᾧ] In Cass. legitur: ἀντὶ τῷ ἐξ ἠ. in Aug. ἀντὶ ἐξ ἠ, ἠ ἠ. In Aug. deest Schol. ad Ἐνθίνδε.] G.

[Ἐπεμύγνοντο] Hoc verbum praefixi Scholio, quod adiectum erat verbis: παρ' ἀλλήλων ἐρχόμενοι. Monuit iam hoc Duckerus. In Cass. legitur: ἐπιμύξαν εἶχον πρὸς ἀλλήλους.] G.

Ἀκρηκτεῖ] Sine praecone, qui belli index erat. Pausillo ante c. 146. sup. libri, ἀκρηκτεῖς. Scribitur autem ἀκρηκτεῖς, ad rationem ἀνατῆς, i. e. ἀνευ ἄτης, quod et scribitur ἀνατῆ apud Sophocl. in Antig., ut auctor est Scholiast. Eurip. Med. v. 1357. Illud rectius videtur, ut supra c. 143. ἀμαχί. Sic ἀκλαυτεῖ apud Callim. H. in Dian. v. 267. Scholiastes ad L. I, 29. docet: Κήρυξ ἐν πολέμῳ, πρέσβεις ἐν εἰρήνῃ. Dicuntur loco laudato Corinthi κήρυκα praecipuisse, προεξῆντα πόλεμον κεκρυφαίως. cf. L. III. 52. G.

Conformatum est, ut ἀποβαλεῖ, πανδημί, alia; quae tamen de verbis efficta solemnius in (i) desinant. De belli indice praecone quae notat B. Gottl. et nota sunt, et ex parte falsa; quippe et in pace, dissidiis ortis, sed bello nondum moto, praecones miserunt, vt l. 29. et Pautaniae praecone miserit Spartani; et aliena sunt ab h. l. certe nil explicant, cur hic non commearint ἀκρηκτεῖς, tunc praecone. Nam, si non sine praecone belli indice, bellum scilicet erat; quod negat Thuc. Sed sensus est; praecone nondum utebantur com-

meantes, quia nimirum comite opus esset in bello, vt iniuriati venirent et abirent, vt ostenderent, se non infestos venire, sed amice, et in causa a bello segregata; pacis ergo magis index praeco, quo nondum uterentur, vt bello nondum commoto velut aperto et certo; sed libere, vt inter pacatos, commeabant, nil egentes praeconis, vt etiamnum tuti ab iniuria belli nondum denunciati. cf. l. 53. init. ἀνευ κρηκτεῖς. Ceterum dissonant ἀκρηκτεῖς et ἀκρηκτεῖς illud iam explicatum dedi; hoc sign. bellum internecinum, implacabile, vbi ne pacificationi quidem locus relictus sit: hinc iungitur, πόλεμος ἀκρηκτος καὶ ἀσπονδος, vel inuerse. BAVER.

[Ἐνευ κρηκτεῖς] In Cass. legitur: κρηκτεῖς defunt quoque in eodem: ἀνευ κρηκτεῖς — καταγγέλλουσας in Aug. ἀνευ κρηκτεῖς, ὡς ἐχθροί.] G.

Κατασάντες — ἐπολέμουν] i. e. κατέσχον εἰς πόλεμον ξυνεχῶς, sine ulla intermissione. Sic Paul. Eliac. l. p. 443. Plene sic scribere poterat: κατασάντες εἰς πόλεμον, ξυνεχῶς ἐπολέμουν αὐτόν. Semel bello cum fuissent implicati, nihil remittentes illud gessere. v. Abresch. Diluc. p. 157. G.

Pollis etiam vertere: initio scilicet facto, bello indicto et certo: vt c. 2. καθεστώτος φανερός τῷ πολέμῳ. BAVER.

[Τὰ γὰρ ἄλλα διὰ μέσου] n. parenthesis incipit, ex mente Scholiastae, a verbis: ἐν ᾧ ἠδὲ ἐπεμύγνοντο, vsque ad χειμῶνα. Equidem cum Stephano clausi parenthesis v. ἐπολέμουν. Idem Stephanus malit praefixi Scholio: τὸτο πρὸς τὸ — caput: γέγραπται δὲ ἐξῆς. Sed nihil mutandum censet. In Aug. Schol. ad παρ' ἀλλήλων et κατασάντες τε defunt.] G.

Κατὰ θέρους καὶ χειμῶνα] Nomine θέρους comprehendit ver et aestatem, χειμῶνος autumnum et hiemem. Petau. X. de Doctrin. Temp. 28. Sic et alii Gracci pariter ac Latini Scriptores annum in duas partes tribuunt. Vid. Serv. et Cerd. ad Virgil. III. Georg. 296. et Gronou. III. Obseru. 14. DUCK.

Κατὰ θέρους] Norum est, veteres hoc nomine complexos esse ver et aestatem, vt hieme, autumnum. Sed locus Virg. Georg. III. 296. a Duckero adductus, nihil probat. Ver enim non intelligitur verbis: „dum — frondosa reduciunt aestas, vt voluit Servius et Cerdas; sed aestas, qua coeli

**H**unc igitur initium belli, inter Athenienses et Peloponnesios ac utrorumque socios gesti, iam ducitur: in quo nullis inter se commerciis amplius sine caduceatore miscbantur; et ex quo id semel susceperunt, id etiam continenter gesserunt. Scriptum autem est ordine, prout singula quaeque aestate atque hyeme sunt acta.

2. Nam tricennalia foedera, quae post captam Euboeam inita fuerunt, quatuordecim quidem annos durauerunt: sed quintodecimo anno, cum Chrysis sacerdos duodequingagesimum sacerdotii annum Argis ageret, et Aenesias Spartae Ephorus esset, et Pythodoro, qui tunc Athenis Archon erat, duo praeterea menses ad integrum Magistratus annui tempus absoluendum adhuc superessent, sexto mense a pugna ad Potidaeam commissa, statim ineunte vere, Thebanorum quidam paulo plures trecentis (ipsis vero praecerant Pythangelus Phylidae, et Diemporus Onetoridae filius, qui tunc apud Boeotos summum Magistratum gerebant) circa primum somnum cum armis Plataeam Boeotiae urbem, Atheniensium sociam, ingressi sunt. Illos autem in urbem induxerunt, et portas illis aperuerunt quidam Plataeenses, Naucrides, et qui eiusdem factionis erant; qui, ut priuatam potentiam sibi pararent, ciues sibi inimicos de medio tollere, urbemque Thebanis adiungere volebant. Haec autem egerunt

Bell. Pelop. an. I. Olymp. 87. 1. V. C. Varr. 32. 4. Mau 7.

ΕΝΘΕΝΔΕ] ἀπὸ τῆσδε τῆς αἰτίας. Ἐν ᾧ] πολέμῳ. ἐν ᾧ, ἐξ ὅ, ἀφ' ὅ. Ἐπερίγυντο] ἐπιμείζον εἶχον. Ἀκρηκτεῖ] ἀνευ κηρυκείας, ὡς ἐχθροί, ἀνευ κηρυκείας μᾶλλον, καὶ προκαταγγέλλεως. Παρ' ἀλλήλους] παρ' ἀλλήλους ἐρχόμενοι. Καταστάντες τε] ἀρχὴν τῶ πολέμῳ ποιήσαντες. Τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα] τῶτο πρὸς τὸ, ἀρχεται δὲ ὁ πόλεμος, τὰ γὰρ ἄλλα, διὰ μέση. Εὐβοίας ἄλλωσιν] ἢ ἐν τῇ πρώτῃ λέγει. Ἐπὶ Χρυσίδος] ἢ Χρυσίς ἱερεὶα ἢ ἐν Ἀργεῖ. Ἡρίθμην δὲ τὸς χρόνος οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ἱερεῶν. Ἐτι δύο μῆνας] τῆτέτι, δέκα μῆνας. κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ ἠλλάσσοντο. Βοιωταρχῶντες] οἱ τῶν Βοιωτῶν ἀρχοντες. ἦσαν γὰρ οἱ πάντες ἑνδεκά. Ἰδίαις ἐνεκα δυνάμεως] ἀντὶ τῶ αὐτοῖ δυνατοὶ γενέσθαι. Καὶ τὴν πάλιν Θηβαίους προσποιήσαι] ἵνα μὴ

constantia ea est, ut oves in siluis et saltibus sub dio agere possint; ut explicat Illustris Heynius ad l. c. GOTTL. Ita per omnem historiam Thuc. diuidit annos belli sui in θέρους et χειμῶνα, diligenter addens: καὶ τὸ θέρους ἐτελεύτα καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτα οὕτως. L. Ita hiemi auctumnium iungit Ouid. Fast. I, 459. 460. Postera lux (a. d. v. Id. Ian.) hiemem medio discrimine signat; Aequaque praeteritae, quae superabit, erit. Quae neque intelligi possint, nec vera constare, nisi initio facto a medio Octobri, id est autumnii initio. BAVER. Ἐνέμειναν — σπονδαί] i. e. διέμειναν, διυγαῖναι. Abresch. in Diluc. l. c. videtur vrgere praepositionem ἐν in verbo, ut solet. In loco Xenoph., Cyr. I, 2. 16. ab Abreschio laudato, ἐμμένει μαρτυρία καὶ τῆς μετρίως διαίτης, vis διαμνέει quoque locum habet. G. Ἐπὶ Χρυσίδος] Memorat hanc rursus Lib. IV. in fin. Apud nonnullos Scriptores perperam est Χρυσίης, pro Χρυσίς. Vid. Leopard. VI. Emendat. 11. De more Argiuorum annos per Sacerdotes computandi, quem hic tangit Schol., multa habent, quos in Notis ad eum laudat Hudsonus. De characteribus temporis, ad quod initium huius belli adligat Thucydides, consulendi sunt Scalig. V. de Emend. Temp. p. 410. Petau. X. de Doctrin. Temp. 28. Selden. in Appar. Chronolog. ad Veter. Graecorum Epochas p. 238. Marmor. Arundell. Edit. Oxon. et Petit. IV. Eclog. Chronolog. 12. Porro Salmasium, in Exercit. Plin. p. 111. Ed. Trai. scribentem Graecos numquam dicere Ἀρχοντας τῶ δεινα sine praepositione, sed semper cum praepositione ἐπὶ, recte reprehendit Petau. Exercit. Miscellan. Cap. VII. DVCK. Ἐπὶ Χρυσίδος] Sub Chrysidis sacerdotio, s. tempore Chrysidis, anno duodequingagesimo eius sacerdotii. De viū huius praec-

pos. v. Gloss. Hunc morem Argiuorum, quem attingit Schol., pluribus explicauit Vales. in not. ad Exc. Polyb. T. III, p. 161. Ernestin. Sacerdotes Iunonis Argiuae vocabantur Ἡεσίδες, ut Palladis Argiuae, Αεσθριδεις. v. Spanh. ad Callim. Lau. Pall. v. 34. Sub Chryside, templum Iunonis, anno huius belli nono, conflagrauit. G. [Τὸς χρόνος] i. e. ἐνιαυτός.] G. [Τῆτέτι] In cod. Aug. ante τῆτέτι leguntur h. v. ὄρα τῆν ἀκριβείαν τῶ χρόνος.] G. Ἡερί] Totum tempus comprehendit ἀπὸ ἰσημερινῆς, μέχρι πλειάδων ἐπιτολής. WASS. Θηβαίων — τριακοσίων, et ἐσθλῶν — ξυμμαχίδαι] Theop. Progymn. Cap. IV. vbi male συμμαχίδαι, cum nostro Diodor. p. 308. a. WASS. Θηβαίων — ὀλίγα πλείους τριακοσίων] Diod. L. XII. p. 505. Wessell. de eadem re: τῶν Βοιωτῶν ἐποσειλάντων στρατιώτας ἐπιλέκτους τριακοσίους νυκτός. Rem breuiter narrat Demosth. κατὰ Νεαράς, p. 1378. Reisk. Aen. Polior. p. 400. G. Ἀνέμειναν — ἀνδρες] T. Magister in ἀνέμειναν. Confer omnino Demosthenem in Neaeram p. 531. WASS. Μοχ ἔσοιτο, quod est in omnibus aliis Mff. et Edit., habet etiam Theop. p. 52. DVCK. Ἀνέμειναν τὰς πύλας — Ναυκλείδης] Demosth. l. c. ἀνοϊζάντων τὰς πύλας τῆς νυκτός Ναυκλείδου, καὶ ἄλλων τινῶν μετ' αὐτῶν. GOTTL. [Ἰδίαις — δυνάμεως] Schol. ad haec verba adieci e cod. Aug. In eodem cod. defunt Scholia a verbis Ἔργα ἐχεσθαι — ad συμμαχεῖν it. Σφίσι — ad καὶ τὸς λόγους δεξιμένοι.] G. Καὶ προσποιήσαι] Ἐποτάττει exponit Theop. Mag. in προσποιήσαι. Non necessaria hic est illa significatio τῶ προσποιήσαι. DVCK.

